



1. Carpzov, August: De propinquitate, matrimonio adversaria. 1638.
2. Grosse, Henning: De exceptionibus dilatoriis. 1638.
3. Grosse, Henning: De rescriptis moratoriis sive induciis quinquennalibus. 1638.
4. Reusner, Ferrius: De liti demeritione, sive laudatione, ut et Nominatione auctoris. 1638.
5. Wendeler, Michael: De iustitia. 1638.
6. Grosse, Henning: De successione testamentaria in feudis, rebus exhereditariis et gerada. 1639.
7. Gungelius, Albert: De maiestate Romani imperatoris. Vulgo: Von dem Ansehen u. Vorzüge eines Römischen Kayzers. 1639.
8. Gungelius, Albert: De eversionibus rerum publicarum. 1639.
9. Strauch, Johannes: De praerogative jurisdictionis. 1639.
10. Teubmann, Christian: De remedio l. si contendat. 28 ff de fidejussoribus.





11. Reumer, Ferencus : De impensis. 1640.
12. Taubmann, Christian : Disputatio I continet  
 quaestiones forenses ex processu et ordinatione iudic.  
 vulgo Gerichtsordnung. . . . Dr. Johannis Georgii,  
 Nucleis . . . et domini scribri . . . Desumptas 1640.
13. Wacker, Christophor : De singularibus persona-  
 rum, ex jure publico et privato. 1640.
14. Reumer, Ferencus : De dilatione moratoria. 1640.
15. Wacker, Christophor : De tutelis 1641.
16. Reumer, Ferencus : De fato. 1642. 2 Exmpl.
17. Reumer, Ferencus : De hospitacione militari,  
 vulgo Siquartierung. 1643.
18. Reumer, Ferencus : De praemiis et puenis  
 quaedam ex hinc axio scripta. 1643.
19. Reumer, Ferencus : Exercitulis legalis ad Tit. 6  
 per § 1 et § 2 Inst. Justiniani Imp. de actionibus  
 personaribus et realibus. 1643.
20. Wacker, Christophor : De jure singulari. 1643.



21. Reumer, Ferencius: De mutuo et anore. 1644.
22. Strauch, Augustinus: De locatone et conductone.  
1644.
23. Suerus, Gottfried: De deposito et sequestro. 1644.
24. Suerus, Gottfried: Theoria juridica contractuum  
realem nominatorum. 1644.
25. Suerus, Gottfried: De jure non scripto. 1644.
26. Suerus, Gottfried: Theses Justinianae. . . .  
Inst. Imperialium velitationum. . . .  
1644.
27. Taubman, <sup>Christian</sup> ~~Arhem~~: Disputatio VIII continens quae-  
stiones forenses, ex processu et ordinatione Judic.  
vulgo. Gerichtsordnung. Johanni Georgii, Ducis  
et Elect. Sae. Desumptas. 1644.
28. Taubman, <sup>Christian</sup> ~~Arhem~~: Disputatio V. continens quae-  
stiones forenses ex processu et ordinatione  
Judic. vulgo Gerichtsordnung. . . . Johanni Georgii,  
Ducis et Elect. Sae. . . . Desumptas. 1644.
29. Taubman, Christian: Disputatio II continens quae-  
stiones forenses ex processu et ordinatione Judic. vulgo Gerichts-  
Ordnung. . . . Johanni Georgii, Ducis et Elect. Sae. . . . Desumptas.  
1644.



30. Traubmann, Christian : Diophrates XVIII in de archi  
nitens ad Tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11. et 12 lib. 10. Fortif.





CUM DEO  
EXERCITATIO

Historico- Politico- Juridica  
Ex Enchirid. Pompon. in l. 2. ff.

De

ORIGINE JU-  
RIS ET OMNIUM MAGI-  
STRATUUM ET SUCCESSIONE  
PRUDENTIUM DESCRIPTA,

&

*Pro Loco in Amplissimo collegio Jctorum  
obtinendo proposita*

à

CHRISTIANO TAUBMANO J.U.D.  
& Profels. Publ.

*Respondente*

LAURENTIO CHRISTOPH. SOMNITZ,  
Nob. Pomer.

*In Auditorio Collegii majoris horis antemeridianis  
Ad diem Febr.*

WITTEBERGÆ,  
Typis AMBROSII ROTH, Acad. Typogr.  
ANNO MD CXXXV.

*14  
Hist. für Rom. 980  
17. 21.*

*11*

*1635*

*10*

*21*

*6*





*Generoso atq; Strenuo*  
*VIRO*

**Dn WOLFFGANGO DIE-**  
**TERICO à Westregeln/ Hæreditario in**  
**Mölan & Rotsch/ &c. Avunculo meo sin-**  
**gulari amore & observantia**  
**prosequendo,**


*Hocce exercitium Acade-*  
*micum.*

D. D.

Laurentius Christoph.  
Somnitz.







FELICITER!

**F**ACTURUS cum DEO (Quem principio veneratus ut consilia mea Reipub prosperet) & Autoritate SERENISS. SAX. ELECTORIS Juris Civilis Rom. interpretationem; necessarium existimavi, prius cum Gajo & Pomponio ipsius originem civilem & progressum; Omniumq; Magistratum, qui νομοφύλακες, imò viva lex sunt, & jura sustinent; Ac successionē Prudentium, penes quos interpretandi juris potestas semper fuit, demonstrare. Nam cognitis fontibus & initiis, facilius & expeditius uniuscujusq; animus ipsam rationem & viam artis potest considerare.

Tac. 1. Ann. c. 56. L

Cic. 1. de invent. c. 1. in fin.

II. Præsertim cum secundum Ciceronem historia testis temporum sit, lux veritatis, vitæ memoria, magistra vitæ, & nuncia vetustatis: & nescire quid ante te actum sit, interpretationem aliam, quam semper puerum esse, non recipiat: idè veterum & Actorum exemplo, quorum actio nostra debet esse instructio, corroboratus, judicantium; Eum qui feliciter in sacrosancto juris studio versari velit, ipsius nosse prius originem; l. 1. ff. de J. & J. publicumq; Juris Professore ante omnia Juris nostri demonstrare oportere incrementum, Corasblen. 2. Eberlin. de O. J. p. 1. Bach. ad 1. part. ff. p. 81. contra Fabr.

2. de Orat. p. 109. & 486.

III. Non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto: id perfectum esse quod ex omnibus suis partibus constat. Et certè cujusq; rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, (ut ita dixerim,) videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere, quantò magis interpretationem Juris promittentibus inconueniens erit, omissis initiis & origine non repetita atque illotis manibus protinus materiam interpretationis tractare? namque ista præfationes, nî fallor, & libentius nos ad lectionem

Gajus §. 1. vers. non quia





propositæ materiae perducunt, & cum ibi venerimus eviden-  
torem præstant intellectum.

P A R S I.

De origine & progressu Juris Romani.

1. Principis  
arbitrium.

IV. Et quidem initio Civitatis Rom: *populus sine lege certâ sine jure certo primum agere instituit: omniaque manu Regia (id est indefinitis sententiis & regum præceptionibus) gubernabantur §. 1. hic.* Verisimile tamen est arbitria ejusmodi principum juri æquitatiq; gentium ut plurimum fuisse accommodata. *Eberlin. d. O. 7. p. 12. Don. En. l. 2. c. 11. 8. Först. de jurisd. p. 6.*

Cic. 2. off.

Hesiodus  
Theog.

V. Et originem Sceptri si repetimus: *Fruenda Justitiæ causa* reperiemus olim benè moratos reges constitutos. *Hac una, reges olim, sunt sine creati: Dicere jus populis, injustaq; tollere facta.* Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute præstantem, qui defenderet ab injuria tenuiores, & summos cum infimis pari jure æquaret; idq; si ab uno justo bonoque viro consequerentur, erant contenti. Unde Justinus l. 1. *Principio rerum, inquit, gentium nationumq; imperium penes Reges erat, quos ad fastigium hujus majestatis non ambitio popularis; sed spectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant.*

VI. Nihil enim est, inquit Cicero, illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm consilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ Civitates appellantur. Cum quibus & ipsum Jus cœpit. Unde rectè Justin. in §. 11. 7. *de R. D. & simul Civitates condi & magistratus creari & leges scribi cœperunt.* Regere namque & subjici; regi & gubernare, consentaneum esse apparet Naturæ seu divino jure. *Althus. l. c. 1. ad fin. Vasq. illust. l. c. 1. n. 25. c. 21. n. 23 & c.* Idemque ut eleganter inquit Arist. l. 1. *pol. 3.* inter homines Imperium existere, quod in rebus non viventibus Harmonia. Quod vel ex eo elucescit, quia hanc imperandi parendiq; diversitatē, omnibus in mundi partibus deprehendere licet, ut nec defuerit in



in Occidentalis Indiæ priori seculo peruestigatis regionibus.

*Acoft. hist. ind. 6. c. II. Vinthe. Diss. de Rep. th. 8.*

VII. An autem Civitas bono principe melius regatur quam solâ scriptâ lege? Illud probarunt *Paul de Castro & Fulgosius. A. liiq;* dicentes: Principem melius videre posse, quid pro tempore necesse esset faciendum ex diversitate negotiorum, quam scriptam legem, quæ semper firma maneret. Et *Livius, melius esse & æquabilius regi per regem, quam solis legibus, concludit. Don. En. 17. c. 7. l.*

VII. Quam tamen gubernandi rationem periculosam esse Romulus & sequentes Reges cum agnoscerent, *Leges quasdam ex triginta curiarum suffragio ad populum tulerunt. Quia Reipub. cura per sententias partium expedienda.* (Quas sine ordine *latae Papyrius in unum composuit*) *hic;* Eoq; veriore esse sententiam probârunt, qui Legis Imperium, Regis imperio prævalere statuunt. Illud namque unum & idem in omnibus manere, hoc variis motibus obnoxium esse: Quò pertinet illud *Aristotelis: Ubi lex imperat, ibi Deus & ratio: sed ubi homo, ibi affectus & bellua.* Et alterum *Justini: Quia libido Regum pro legibus habebatur, l. 2. p. 14. eligebatur Solon vir justitiâ insignis, qui veluti novam civitatem legibus conderet. Plerumque enim illud Historici in summa fortuna id æquius quod validius; aut alterum Poetæ observatur: Sceptrorum vis tota perit, si pendere justa incipit. Lips. pol. l. 2. 10. Tac. 15. An. Libenth. coll. pol. Ex. 12. q. 1. Casus l. 3. c. II. Eberlin. de O. I. p. 22. Lucan. l. 8. Reinck. de reg. sec. & eccl. 2. ch. 1. c. 1 Vietor de exempt. concl. 6.*

IX. Melior mens Romulo fuit, qui, etiam si manu regiâ & arbitrio omnia ageret, leges tamen non simpliciter promulgavit, sed rogavit, si placerent; *legumq; intelligentes viros prudentes, Patricios, qui Aristocratiam, & Reipub. patres, quorum 100. erant, representabant, delegit; nec curias, in quas populus unâ cum plebe distributus erat, & Democratiam exhibebat, sprexit. Xenophon. pæd. ibid. Pauca enim aliquis unus videt, unus audit; sed esse debent multi Reges oculi, & multe manus. Lips. pol. l. 3. c. 2. Eberlin de O. J. p. 14.*

X. Præsertim autem in novo imperio clementia famam captandam esse Romulum censuisse ex hoc abundè apparet, quod in in-





Liv. l. 8.  
Seneca.  
Tac. 2. An.  
&  
12. An.

gressu hujus optimam gubernandi rationem elegerit, nimirum Monarchicam aut non meram, cum ea in Tyrannidem plerumque degeneret, sed cum Aristocratia & Democratia junctam, seu mixtam, quam mixturam optimam conservandam Reipub. rationem, Plato esse dicebat. Lind. th. 82 Coras. hic p. 27. l. k. Nam firmissimum id imperium, quo obedientes gaudent. Contra autem. Invisa nemo imperia retinuit diu. Princeps igitur amorem apud populares metum apud hostes querat. Nec dominationem & servos; sed rectorem & cives cogitet: Clementiamque & Iustitiam capeffat. Lips. pol. l. 2. c. 12. Catalex. d. O. l. lib. 1. exc. 6. Pollett. lib. 3. hist. for. Rom. c. 5.

Q.

XI. Sed et si sub Regibus multa populo permiffa, Leges condere, magistratum creare &c. tamen ea Reges non a se abdicasse, sed cumulativè concessisse volunt. Gent. de jurisd. l. 3. c. 1. & alij, Cum princeps legibus se quibus soluta est, suis se astringere possit. Sic quamvis summi Principes (populari scil. imperio in unius potestatem iterum converso.) per se soli, nullis patribus adhibitis, leges condere potuerint; antiquissimo tamen Imperii more Imp. leges generales vel ardui quid constituere volentes, id non per se solos, sed cum consilio & auctoritate Senatus fecerunt. Sicuti hodiè Imperator non modò absque præsentia & consilio, sed etiam absque consensu statuum nullos Imperii recessus erigere; vel alia ardua, statumque ipsum concernentia perficere valet. Et sicuti Justinianus viros illustres senatoresque partem sui corporis agnovit, l. 5. C. ad l. Jul. Maj: ita Cæsar procerum conventum, dum ait: Haben vns mit den Reichsständen gleich als ein Christlich corpus vereiniget vnd vertragen R. A. anno 1512. in pr pulchrè Thuanus in praf. lib. 2. hist. Quod tamen nullo modo, ut Bodinus cavillatur, Majestatem Imp. minuit, sed rationi & aliarum gentium moribus optimè congruit. Buxtorff in aur. bull. Dis. th. 6. & 7. Rey. de consil. th. 10. Don. En. l. 17. c. 7. q. Th. Michael. de jurisd. th. 111. Arnif. de jur. maj. l. c. 5. n. 20. Sixtin. 1. de regal. c. 5. n. 121. Vietor. de Exempt. imp. concl. 4. & 5. Arum. de jurisd. q. 1.

XII. Adjutoribus enim certè opus: & hoc regie prudentiæ caput censendum, adsumere Prudentes. Neque vitio datum

Atlanti



Atlanti, quod Herculem in laboris communionem admiserit: non Agamemnoni, quod Nestorem: nec Æneæ quod Palinurum In maximis negotiis, inquit *Henricus IV. Imp. ad Elect. Colon.* referente *Reuber tom. un. rer. German. p. 195.* maximorum opus est consiliis: qui & facultatē habent exterius & voluntatem interius, ut rei cui benè cupiunt, cōsulere velint & possint. *Nullum enim majus boni imperij instrumentum quàm boni amici. Plin. part.* *Non aureum istud sceptrum est, quod regnum custodit, sed copia amicorum: ea regibus sceptrum verissimum tutissimumq̄.* Nam *Xenoph. l. 8.* qui de suâ unius sententiâ omnia gerit, *superbus* hic judicandus *Liv. 45.* magis, quàm sapiens.

XIII. Verè *Superbus*, atque ex hoc *invisus*. *Invisa* autem imperia neminem retinuisse diu, vel unicum *Tarquinij Superbi* sufficiat exemplum: qui primores patrum regni causâ tyrannicè interfecit; conscius malè quærendi regni ab se ipso, adversus se exemplum capi; *Neg, enim ad jus regni quicquam præter vim habebat.* Sed à metu aliquid quî sit firmum? *Malus ille diuturnitatis est magister.* *Nulla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna.* *Causa apud Poetam veterem: Quem metuunt oderunt: quem quisq̄ odit, perijisse expetit; scilicet per gradus quosdam, execrantur, insidiantur, opprimunt aut ejiciunt.* *Lips. Pol. l. 4. c. 11. Clapm. de arcan. Rerump. l. 5. c. 5. Eberlin ib. pag. 21. Heid. Polit. p. 972.*

XIV. Sic: *Exactis Regibus* (quia Status in Tyrannidem degenerans diuturnus esse nequit) *lege Tribunitiâ* (à Bruto de abrogando Regum Imperio latâ) *omnes leges hæ, regis dominationis odio, exoleverunt:* (exceptis quibusdam ad rem Reipub. pertinentibus. *Car. Sigon. l. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 5.*) Ut quæ aliàs controversiis in tantâ multitudine non sufficiebant, siquidem Reip. magis statum, quàm privatos pleræque respicerent. Leges enim ad præsentem statum conformandæ sunt. Quippe aliæ conveniunt regno, aliæ Aristocratix, aliæ Democratix: *Iterũq̄, capit pop. Rom. incerto magis jure & consuetudine ali. qum per latam legem; idq̄, propè viginti annis (Bach. p. 85. & Eberl. p. 24. hinc LX. plus minus intercessisse opinantur) passus est §. 3. hinc: & ib. Ram. Eberlin p. 22. Tanta scil. rabies oriri solet, ubi su*  
*pra.*

*Livius.*

*Cic. Phil. 2.*

*Ib. 2. off.*

*Sen. 1. de Clem.*

**III.**

**3. Jus incertum.**



Sen. 1. de  
Clem.

Ex dicto Ca-  
lig.

Cic. 2. de off.

Sen. ib.

& in Theb.

IV.

LL. XII.

Tabb.

Xviri.

Arist. Rhet.

1. c. 6.

Cic. parad.

ib. 11. An.

pra modum odia creverunt. Adè ut omnes Regiæ leges Lege  
Tribunitiâ abrogatæ fuerint: Populus à Bruto jurejurando ad-  
actus, neminem Romæ passuros regnare: Bona regia diripien-  
da plebi data, ut contacta regiâ prædâ spem in perpetuum cum  
his pacis amitteret. Quibus artibus & plebi regnum invisum red-  
ditum & Regum memoria perpetuâ oblivione sepulta fuit.  
Nam odium subditorum in Regem ejusq; statum, malevolentia  
est pertinax. Sic in Imperio omnia Wenceslai rescripta & pri-  
vilegia antiquata. *Mynsing. 2. de cons. 19. n. 5. Victor de exempt.  
concl. 15.* Fuge hoc ergo, aut regnum te fugit, imò sæpè Vita:  
(Non tamen privatâ ex petulantia, sed more majorum.) Quid-  
nî enim faciant? *Multa illis manus sunt, tibi una cervix.* Ut, etsi  
te cingas, stipes munias; senties multorum odiis nullas opes posse  
resistere: *Tam multis enim periculis peteris, quàm multis ipse pe-  
riculum es.* Igitur: *Qui vult amari, languidâ regnet manu:* Tur-  
turett. *paral. Ethic. jurid. p. 244. Lips. ib. & Reusner in symb. Imp.  
p. 29. Clapmar. de arcan: Rerump. l. 2. c. 10. & 14. Lansius de Leg.  
Regia. 1b. 17. Victor de Exempt. concl. 14.*

XV Post Reges itaque exactos, Pop. Rom. rediit ad jus in-  
certum & consuetudinem, hoc est, ad arbitrium magistratus:  
(quia Mutationes Rerumpub. plerumque novos progenerant  
motus.) Quod cùm Consules nempe duo, Tribuni & alii ma-  
gistratus ambitiosè uti. & nimiâ potestate insolescere incipe-  
rent. (Nam qui pote plus urget, sic pisces sæpè minutos Magnus com-  
est, ut aves enecat accipiter.) Et inde populus, tam varii domi-  
natus pertæsus, & quod seditiosos magistratus ferre non posset, aut  
ne libidine illi suâ ac licentiâ pro lege in posterum uterentur;  
placuit publicâ auctoritate Decem (tres Eberlin. p. 28) consti-  
tui Viros, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus, & ci-  
vitas fundaretur legibus: Nam in legibus salus civitatis sita. Et  
jus & equitas sunt vincula civitatum. Ut corpora nostra sine  
mente, sic civitas sine lege consistere nequit: Legum verò mi-  
nistri Magistratus; interpretes judices sunt. Quas scilicet le-  
ges, in tabulas eboreas (Bach. hic p. 85 aneas Eberl. ib. p. 28. &  
Coras. p. 36.) perscriptas pro Rostris composuerunt, ut possent aper-  
tius percipi. Nam solere leges & plebiscita, in æs inscribi, &  
sic promulgari, indicat Tacitus: *Aspiciuntur, inquit, in are publi-  
candis*



*caudis plebiscitis per fora & templa fixo. Et merito! ut publice  
 in notescant, legique ab omnibus possint. Quod urbanè ser- Trin. act. 4.  
 vulus Plautinus in aliam trahit partem, quasi legibus fiat inju- sc. 3. v. 32.  
 ria: Ea misera, inquit, etiam ad parietem sunt fixæ clavis ferreis,  
 Vbi malos mores affigi nimio fuerat equius, Don. En. l. 17. 7. l. Cui. l. 3.  
 Obs. 20. 70. Steph. de jurisd. Jud. l. c. 1. n. 35. Bod. 3. de Rep. 5.*

XVI. Reverſis hiſce ablegatis NOVUS DECEMVIRALIS  
 MAGISTRATUS fuit conſtitutus; datumq; eſt eis jus in eo an-  
 no ſummum: uti leges & corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretaren-  
 tur. Neq; provocatio ab eis ſicut à reliquis magiſtratibus fieret.  
 ib. §. 4. Nam ab omnibus magiſtratibus, imò ab iſtis etiam  
 Coſs. ad populum erat provocatio. Eamque provocationem  
 Cicero vocat civitatis patronam & libertatis populi Rom. vindi- l. 2. de orat.  
 cem. Unde Livius ex eo, quod provocatio ſublata erat, colli- lib. 3.  
 git libertatem ſublata. Quam extremam appellationem  
 mutata demum Repub. Augustus Jure tribunitiæ poteſtatis lib. 4. Ann.  
 ſibi reſervavit, ut conſtat ex Tacito: *lisq; iſtantibus, inquit, ad  
 principem provocavit.* Hinc princeps dicitur ſummus Judex,  
 talis enim eſt, ad quem poſtremo appellatur. Plinius: *Adeo ſum-  
 mum quiſq; cauſæ ſuæ judicem facit, quemcunq; eligit, unde pro- in præf. ad  
 vocatio appellatur.* Quo pertinet illud de Paulo: *Hic homo ſer- Veſp.  
 vari po: erat niſi provocaffet.* Hodie tamen etiam in Imperio, Act. 26. v. 32.  
 ut teſtantur Pragmatici, ab omnibus ferè ordinibus ad Came-  
 ram provocatur; ut apud Gallos ad octo curias majores; apud  
 Hispanos ad quatuor Curias; apud Venetos ad quadraginta  
 viros. Vid. Ramus hic & Clapmar. de Arcan. Rerump. lib. 1. c. 19.  
 Eberl. c. 5. p. 27. n. 5. Don. En. l. 28. c. 4. Th. Mich. de jurisd.  
 th. 113. Paurm. de jurisd. l. 2. c. 8. n. 114.

XVII. Decemviri itaque prædicti cum ſummam poteſta-  
 tem haberent, perpetui non erant. Perpetuitas namque illa  
 & imperiorum diuturnitas atque prorogatio, præcipuè in  
 populari Repub. periculofa eſt. *Libertatis, inquit Livius, magna  
 cuſtodia eſt, ſi magna imperia diuturna eſſe non ſinas, & temporis  
 modus imponatur, quibus juris non poteſt.* Cujus quidem occul-  
 ti ſophiſmatis conſervandi democratiam, uſus quoque eſt in-

2

lib. 4.

B

Ariſto-





2.  
Aristocratiâ, in qua nemini diu summum Imperium, ac præfer-  
tim bellicum destinandum est. Ideò nefas apud Romanos, Di-  
ctaturam ultra sex menses retinere, teste Pompon: Imò caven-  
dum est, ne quis eundem magistratum bis gerat. Nam omni-  
um maximum periculum est in populari & Optimatum statu,  
ab ijs, qui vel animi mobilitate novis Imperiis student, vel do-  
minandi libidine ipsi imperium adfectant. Et aliàs natura  
mortalium, non contentum esse presenti statu; Qui in libertate  
vivunt, regnum exoptant, qui in regno libertatem. Multi  
nullo contenti sunt Imperio, nullo Reipub. genere, qui vix,  
dum hodie unum experti sunt, cras aliud adfectant, quod po-  
stridie identidem evertant; adeò ipsos quidem Judæos non po-  
tuit non pœnitere recuperatæ libertatis. Contra quos pro  
Reipub. statu stabiliendo varia reperienda sunt arcana confi-  
lia, de quibus Clapmar. de Arcan. Rerump. l. 2. c. 11. § 14.

Ex. 16.

XIIX. Cum verò rumor percrebuisse duabus alijs tabulis  
adjectis jus Romanum absolutum & plenum fore; ideòq; se-  
quenti anno alias duas ad easdem tabulas adjecerunt, & ita ex  
accidenti appellata sunt LEGES DUODECIM TABU-  
LARUM. Quas Gellius absolutâ brevitate fuisse scriptas te-  
statur. Et Cicero: Bibliothecas, inquit, omnium philosofo-  
rum, unus mihi videtur XII. tabb. libellus & autoritatis pondere  
& utilitatis ubertate superare. Livius appellat omnis publici pri-  
vatiq; juris fontem. Quarum ferendarum autorem fuisse  
Decemviris Hermodorum quendam, ex Epheso vitiorum omni-  
um barathro ob probitatem Exulantem in Italia, quidam retu-  
lerunt; quem tanquam, legum patriarum optimum & practi-  
cum interpretem adhibuerunt, ejusque auxilio & ope leges 12.  
tabb. excoluerunt & illustrârunt. Eberl. ib. n. 11. Rittersh. p. 3. ad l. 2.

l. 10. c. 2.  
l. 1. de orat.  
lib. 3.

Cic. 3. Jusc.  
p. 613.

XIX. Ita Ars hominibus solet esse portus infortunii & misere-  
ria, in quo unicum vitæ collocatum præsidium. Sic Nero Casar  
ab Astrologis admonitus, fore aliquando, ut imperio exuere-  
tur: vocem hanc sibi usurpasse fertur: Artem quævis terra alit.  
Nam ut Stoicis placet, Sapientem in se ipso circumferre bona sua. Sed  
utrum ita peregrinantes inter Consiliarios adsciscendi? Dionis  
Vox



75  
vox est: Virtus cuiusq; non patria aestimari ac ponderari debet.  
Præsertim in gente ad doctrinam, ad mores & religionem non-  
dum excultâ. Sic Imperator Turcarum, quia incultis gentibus  
imperat, nihil veretur peregrinos quosvis, modò ad Mahome-  
tismum flecti possint, vel inter summos Bassas ac Vezieros suos  
alligere. Quidnî Magistratus, si dominetur genti adhuc incul-  
tæ, ex gente cultiori, licet peregrina sit, sibi deligat Consilia-  
rios? Meritò itaque decemviri, Leges Græcas cum Romani  
primò statim aspectu non satis perciperent, Græcum istum  
Jctam Hermodorum advocarunt. Vid. *Lauterb. in prin. Cbrist.*  
*e. 6. Bodin. l. 3. c. 1. Arnis. pol. c. 15. Antimach. l. 2. eb. 2. Lips. pol. l.*  
*3. c. 4. Reusn. Symb. Imp. p. 19. Haider. pol. 352.*

XX. Quia verò lata principia ejus magistratus nimium  
luxuriavère, eò citus lapsa res est. Nam Appius se contra jus fas-  
que decemvirum creavit, & collegas IX. in suos mores forma-  
tos adscivit, illisque fasces insigne Regium præferri jussit: &  
tandem ob stuprum violentum virgini Virginiz illatum impe-  
rio cum suis abire jussus est; attulitq; Regibus & Decemviris sola  
superbia & libido finem. Ita optimorù sæpè animi Dominationis li-  
centia abripiatur in pejus. Et ex laudabili principio finis inclinet!

XXI. Decemviris abdicatis cum LL. XII. Tabularum mi-  
ra ob brevitatem & nervositatem esset obscuritas, idque non  
tam culpâ decemvirorum, quam inscitâ non assequentium,  
ut ait *Cacilius apud Gellium*: hinc factum, ut necessaria fuerit  
*Prudentium Interpretatio* in scribendo & commentando; &  
*fori Disputatio* in respondendo litigatoribus præsentibus, & re-  
scribendo absentibus. Quia tamen illud neque esset lex neque  
plebisc. neque Scutum, communi & generali nomine appella-  
tum est *jus civile* *νομοθεσία πολιτικὴ* *vers. Hac Disp.* Et sic oppo-  
nitur juri scripto, apud *Cicer.* cum ait: *Tenenda est omnis anti-*  
*quitas, exemplorum jus. & neq; legum aut juris civilis Scientia ne-*  
*gligenda.* Vnde Jctus hanc interpretationem *jus commentitium*,  
quasi à Jctis inventum, excogitatum, aut introductum, appellat  
*l. 20. ff. de pæn.* videtur idem jus quoque intelligere *Justin in pr.*  
*J. de adquis. per. arrog.* ubi aliquod jus esse dicit, quod *consensu*  
constat,  
B 2

§. V.

Jus civile,  
commenti-  
tium.

l. 20. c. 1. ff. de

lib. 1. de  
Orat.



constat, i e. communi prudentum interpretatione receptum est. *Lind. th. 100. & Ram. hic Eberl. c. 6. p. 35.*

1. de orat.

p. 33.

Q.

lib. 12.

XXII. Quæ tamen legum interpretatio non cuivis promiscuè, sed prudentibus tantum, id est, usu & experientiâ edoctis permittebatur: quique, ut *Cic.* loquitur, *legum consuetudinisq; ejus, qua privati in civitate uterentur & ad respondendum & ad agendum, & ad cavendum periti essent.* Unde nec publicas Professiones ulli nisi in ordinem ritè advocato committendas esse rectè Imp. constituit in *l. un. C. de Profess. qui in urb. Const.* Hinc & qui leges sine privilegio profitentur, 10. auri libris mulctantur, & insuper jubentur urbe expelli: & non nisi in urbibus Regijs jure Academiarum donatis leges profiteri licebat. *Const. omnem reipub. §. 7. de rat. & meth. jur. doc.*

XXIII. *Prudentes* verò describit hîc Pomponius à fori disputatione, quo ipso innuit non sufficere Theoricam Legum scientiam, sed disceptationem fori, id est, praxin requiri. Unde *practica legum digestiva* dicitur, quæ leges in Scholis didicitæ in succum & sanguinem convertuntur. *Bartolus in l. Æmil. de minor.* Per exercitium namque omne artificium capir incrementum. Quo respiciens Demades interrogatus, quo præceptore in litium decisionibus usus esset, respondit Tribunali. *Lind. th. 105. Cravet. vers. 153. Parthen, litig. l. 2. c. 5. n. 33.*

§. VI.  
6. Legis actiones.

Ex. 18.  
Al. ab Alex.  
gen. dier.  
l. 3. c. 5.  
l. 12. de II.  
Halic. l. 1. l. 4.

XXIV. Deinde ex his legibus eodem tempore ferè Actiones composita sunt, quibus inter se homines disceptarent, & suum quisque peteret, *pr. l. de act. & l. 13. ff. quod met. causa.* Quarum æquitas ad eò naturalis est, ut apud omnes gentes fuerint receptæ. Nam & apud *Moysen* agebant *Israelitæ*: & *Arbenienses* apud *Areopagum*: Et in sua *Repub.* *Plato* constituit judicia privata & publica: Et ante XII. tab. apud *Romulum* agebant *Romani*: & constituit illis iudices, rex *Tullus Hostilius*. Ex quo *Ramo hic & Coras. p. 39. b.* dubium nullum est; quin actiones sint ex jure gentium. per text. *l. 25. in fin. ff. rer. amor.* qui ait: *jure gentium res condic.* Cui tamen Secta *Pomponij* planè contraria hîc, quæ compositas esse statuit ex XII. tabb. legibus, & eo ipso innuit eas esse jure civili constitutas. Cui eum *Lindemanno hic. th. 110.* subscribo. *Vid. Forst. ad Inst. part. ult. D. 1. th. 2. a.*

XXV. Quam-



76.  
XXV. Quamvis enim in omnium Gentium judicijs actiones quoque receptae fuerint, tamen agendi ratio non eadem fuit omnibus, & certas solennesque non habuerunt formulas. Hinc concludunt, *neminem actionibus hisce uti posse, nisi qui juris Civilis capax sit.* Vnde de portatos personam in iudicio standi vel per alios agendi non habere verius est. *c. Felicis 5 de pæn. in 6. l. 2. C. de bon. prescrip. l. fin ff. de duob. reis.* Quâ ratione etiam hodie imperiali constitutione omnes obligationes pacta & acta proscriptorum irrita sunt. *ord. Cam. p. 2. c. 9. §. 2. Gail. de pac. publ. c. 12. arg. l. 5. §. 1. ff. de publ. jud.*

XXVI. Cùm verò actiones, earumque formulæ à tempore legum 12. tabb. confusæ esse cœpissent; & ingenia caustidicorum in ijs excogitandis & detorquendis nimium lascivirent & luxuriarentur, consultius visum (*Quia non potest verè dici civitas, in qua non certo ordine judicia sunt constituta*) actiones, ne populus, prout vellet, institueret, certas solennesque esse; & appellatur hæc pars juris **LEGIS ACTIONES**, id est, legitima actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc jura nata sunt: *Leges XII. tabb. ex his fluere cœpit jus civile: ex iisdem legis actiones compositæ sunt. §. 6. hic.* Quæ primis temporibus à Collegio Pontificum peti, postea verò à prætoribus præscribitæ sunt *l. 15 §. 28. ff. de damn. infect.* Et successu temporis observatio earum adeò sancta & religiosa fuit, ut ab eâ per errorem aliove modo discedens causâ caderet. Quare opus erat doctrinâ & usu, & inde hoc studium professi sectatores, dicebantur *formularij*, quos sic appellat Quintilianus: & Cic. vocat *actionum præcones* & *formularum cautores.* *Ramus hic. Don. En. l. 19. c. 1.*

XXVII. Tres itaque fuerunt (LL. scil. Regiis abrogatis) juris partes nempe **LL. XII. TABB.** & **JUS CIVILE;** & **LEGIS ACTIONES.** id est, jus scriptum, interpretatio sive auctoritas prudentum, & Formulæ, *hic vers. Et ita.* Legum interpretatio fuit penes prudentes §. 4. *sup. h.* & penes eos mansit usque ad Augustum: imò usque ad tempora Hadriani Imp. §. *ult. in f. h. r.* Sed jus formularum interpretandarum & præscribendarum tanquam secretius juris arcanum fuit principiò penes

B 3

colle-





l. 2. c. 4.

l. 9.

l. 2. c. 5.

collegium Pontificum. Omnium tamen, inquit textus, harum  
& interpretandi scientia, & actiones, apud collegium Pontificum e-  
rant: ex quibus (scilicet ex octo istis in collegio constitutis, ut  
notat Alex. ab Al.) constituebatur, quis quoquo anno praeset pri-  
vatis (à quo acturus & diem quo agi liceret, & actionem im-  
petrare cogebatur) & ferè populus annis propè centum (Bach. p.  
88. 147. Eberl. p. 44. n. 15. 146. cōputant) hac consuetudine usus est.  
Quo sensu ait Livius: Jus civile in penetralibus pontificum  
repositum. Et Val. Maximus: Jus civile, per multa secula inter  
sacra, ceremoniasque Deorum abditum, solisque pontificibus  
notum fuisse, asserit. Apud horum igitur collegium non lite-  
rarum publicarum solummodò, rerumque gestarum monu-  
menta fuerunt, annaliumque custodia; sed sacròrum etiam cu-  
ra, & scientia interpretandi XII. tabb. actionesque & earum  
formandarum autoritas, unà cum Fastis habebantur. Eberl. e. 7.  
num. 13. Don. En. l. 23. c. 2. x.

XXVIII. Ita omni aetate & apud omnes gentes maxima  
Sacerdotum fuit reverentia, ut non sacris peragendis tantùm,  
sed & litibus decidendis, imò & regno praeficerent. Sic Rex  
Anius idemque Sacerdos, Gregoras l. 2. hist. Rom. p. 191. Et  
Perse ex Magis Reges creabant. Apud Gallos Druides Sacer-  
dotes jus dicebant. Germanis Sacerdotes imperabant. Roma-  
ni à tempore Numi Pompilii Sacerdotes & Pontifices magno  
in honore habuerunt; ab iis annorum, mensium, dierum  
tempora exquisiverunt, eosque velut oracula consuluerunt;  
Unde Cicero refert sententiam Publij, quod nemo possit esse  
bonus Pontifex, nisi jus civile cognosset. Et Diogenes Py-  
thagoricus tria in legitimo Rege requirit: ut Belli Dux sit, ut  
Judex, & Sacerdos; vel secundum alios: Imperare, judicare  
& Deos colere. Sic Augustus Pontificatum Max. deinde Imp-  
rio junxit, idemque secuti Princeps, majestati suæ & tutela. Et  
quidni quoad curam & inspectionem? Sic Imp. Christiana fide  
recepta Ecclesiarum curam mandato divino ad se quoque per-  
tinere & plurimum Ecclesiae Christianae interesse, ut idonei, pii,  
ac boni Pontificatui proficerentur, cognoverunt. Rempub.  
enim non esse in Ecclesia, sed Ecclesiam in repub. dicit Optat.  
Milevit.

2. de l.  
ante fin.



Milevit. lib. 3. ad Parmen. Lindem. hic. th. 111. Tholos. l. 47. c. 19.  
Lips. adv. Dialog p. 77. Robert. l. 3. rer. judic. c. 1. Gail. 1. O. 30.  
Heig. 1. q. 4. n. 57. Victor. de exempt. concl. 3. § 32. Arnis. de jure  
majest. l. 2. c. 5. Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 5. b. Cöler. de jure  
imperij Germ p. 247. Eb. à Weibe de regn. subsid. c. 1. n. 19. M. Ste-  
phan. de jurisd. lib. 3. part. 1. c. 1. n. 7. & c. Heider. pol. p. 440. E-  
berl. hic. p. 44. Gerhard. Loc. Theolog. tom. 6. p. 810. & 832. Ergò  
& Concilia convocandi potestas Imp. tribuenda? Ita asser-  
tum Cranio de Pace Rel. p. 239.

XXIX. Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad for-  
mam redigisset has actiones, Gn. Flavius scriba ejus subreptum li-  
brum populo tradidit, & adeò gratum fuit id munus populo, ut tri-  
bunus plebis fieret, & Senator & edilis curulis: hic liber ap-  
pellatus jus civile Flavianum. Sed an Flavius furti ob  
hoc argui possit, dubito? cum non lucrificandi, sed Reipub.  
inserviendi animo secreta hæc panderit. Semper enim offi-  
cio fungitur utilitati hominum consulens & societati: Et commu-  
nis utilitatis derelictio contra naturam est, non solum ratione Nam  
stare omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reipub. quæ cum jam  
versatur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas  
salusq; converterit. Quæ unicuiq; suprema lex esse debet.

XXX. Ex quo quoque contra istam Accursiana glossæ sen-  
tentiam ex facto Flavij hoc axioma deducentis, ratiocinan-  
dum: Ex dolo præmium nonnunquam dari. Minimè! Nam ob fa-  
cinus suum nec dignum, nec æquum est quenquam præmium  
assequi aut meliorem suam conditionem facere. l. 10. §. 1 ff. so-  
lut. matrimon. & l. 12. §. 1. de furt. Benincas. de priv. paupert. q.  
4. n. 32. Et quod præmiis quibusdã proditores affectos legi-  
mus, non hercule idè factum est, quod illo honore digni haberen-  
tur, sed ut aliorum sollicitarentur animi. Et Augustus suo illo  
dictorio, prodicionem amare se, proditores odisse, significare vo-  
luit, his, qui prodicione profuerunt, nihil debere gratiæ: licet  
enim officium quod præstant pro tempore gratum est, ipsi ta-  
men habentur pro malis & foedifragis. Ars quidem hodie ni-  
mis recepta: Conciliare sibi animos hominum & ad usus suos sua-  
lioni.

§. VII

Q.

Cic. 3. off.

Q.

Curt. l. 5.

Cic. 2. off.





2.  
Sallust. Jug.

Prov. 3. 32.

Prov. 17.  
August.  
Ep. 8.

tionibus & dignitatis & doni *adjungere*. Sed AN LAUDANDA PRUDENTIA ISTA Machiavell. & fraudes Regni gratiâ susceptæ, quæ tamen *consuetudine jam pro nihilo habentur*? Si considero rectam illam divinamque legem; hæreo & valde sudo. Abnuere illa nobis videtur: & à simplicissimo ac purissimo Deo hoc effatum manavit. *Abominatio Domini est omnis illusor.* Quid obtendis tu politice? Publicum bonum? sed enim vir sanctus occurrit: & *Mentiri, inquit, non licet nec pro Dei laude.* Tu pro humana aliqua recula aut gloria vis? *Vide vide* (ut invertam tibi dictum vetus) *ne dum terram defendis cælum amittas.* Valeant potius, quibus pactum, non est pactum, sed non pactum pactum. Maneat sua versutia Pœnis, calliditas Græcis; antiquis Romanis virtus, ac nostris Germanis suus Candor cum fide, quæ adhuc ipsis restant, intemerata. *JCtus de jure princ. concl. 81. Lips. pol. l. 4. c. 13. & 14. Schönborn. polit. l. 7. c. 17. Coras. p. 42. b. Jul. Wilb. Zingress. in apoph. germ. p. 52.*

XXXI. Quanquam autem Flavius ille arcanam Pontificum artem, eorumque in jure civili custodiendo solertiam, atq; adeò versutiam mirabilem, quâ ceteris egregiè imponebant, novo calliditatis commento supplantârit, & deluserit: Neque enim volebant Pontifices, ut Cicero 1. de orat. scribit, obtinendæ ac semper augendæ potentiæ suæ causâ artem suam divulgari: non tamen videntur defuisse sibi pontificij Jurisconsulti, (quippe ex quorum numero probabile est, præstantissimos & optimos solitos allegi in numerum & collegium Pontificum) sed subinde excogitasse alia, quibus suam apud populum auctoritatem tuerentur, & ut operâ ipsorum cives indigerent necessariò, efficerent. Eoque fortassis non absurdè referri possit, quod mox in nostro §. 7. legitur; *Augescente civitate, quia deerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Ælius alias actiones composuit & librum populo dedit, qui appellatur JUS ÆLIANUM.* Nam quamvis populo librum dedisse Ælium referat hic Pomponius; attamen hoc egisse JCti iterum videntur, ut populus intelligeret, non omnia se à Flavio accepisse, sed adhuc quædam superfuisse. Et huc pertinet, quod  
Cicero



Cicero pro Murera habet: *Inventus est, inquit, qui confixerit cor-  
nicum oculos, & Jurisconsultorum sapientiam compilavit. Itaque  
irati illi quod sunt veriti, ne promulgatâ & cognitâ Dierum ratio-  
ne, lege sine suâ operâ posset agi, notas quasdam composuerunt, ut o-  
mnibus in rebus ipsi interessent.* Itaque hoc tantum commenti  
sunt, ut tantò magis in admiratione & honore essent; & actio-  
nes formâ, & certas quoque numero composuerunt, quibus &  
secundum quas civibus agendum esset; & ne, si rursus fortè e-  
vulgarentur, intelligiâ populo possent, notis perscribi & expri-  
mi eas placuit, ut ita hi porrò necessum haberent super eâ re  
perpetuò adire & consulere Jurisperitos. *Ram. hic. p. 150. Bach.  
ad 1. part. ff. p. 87. Eberl p. 49. Coras. p. 42. b.*

XXXII. Hac igitur speciosâ fallaciâ, libri nempe traditio-  
ne, ab Ælio iterum fascinatus populus, operis domesticis sui  
suorumque sustentandorum causâ occupatus, facilè Icitis sua  
reliquit. Sufficit enim populo copiam sibi dari Reipub. à quâ  
tamen abstinet propter negotia privata, quorum homines ma-  
gis satagunt, quàm publicorum; quod ait Tacitus, *magnitudine  
nimia communium curarum expertem esse populum, & ibid. priva-  
ta cuiq; stimulatior vile decus publicum.* Tali itaque fallaciâ inescan-  
dus & lactandus populus, ut putet se habere id, quod non ha-  
bet; cui aliàs invito aliquid imponere periculosum est. *Clapmar. de  
arcan. rerum pub. 2. c. 2. 3. & 5.*

1. Inst.

XXXIII. Quod experta est Respub. Romana, in quâ ob usur-  
patam à Patribus nimiam potentiam (nonnunquam enim à *ἄριστων*  
*est, non omnia Aristocraticè agere*) plebs in discordiam cum patri-  
bus pervenit, & ternis vicibus secessit, sibi que jura constituit,  
quæ *Plebiscita* vocantur. *Primò* in montem sacrum propter ne-  
xos creditoribus ob æs alienum. *Secundò* in Aventinum pro-  
pter decem virorum tyrannidem & crudelitatem, ubi *Horatia*  
*lex*, plebiscitis legum vim tribuens, lata fuit; quæ haud dubiè po-  
tentia, & ambitione Patriciorum non amplius obtinebat: *Tertiò*  
in Janiculum propter æs alienum, quâ tertia successione cum  
plebs revocata esset ab Hortensio Dictatore, quia multa discor-  
dia nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea observa-

S. VIII.  
6. Plebisci-  
ta.

C

ri





LEGE HORTENSIA; cum plebiscita initio non omnes cives Romanos, sed solos plebeios tenebant. Et ita factum est, ut inter plebiscita & legem species constituendi interessent; potestas autem eadē esset § 5. hic. id est, respectu quidem causæ efficientis differentia esset, effectus verò respectu minimè. Nam plebiscita & leges fiebant per rogationem, ut ait Gellius, hoc tamen discrimine; quod plebiscita condebantur sine patrum auctoritate & rogante Tribuno plebis inf §. 13. At verò leges à toto populo, hoc est, ab omnibus ordinibus & rogante Consule. §. 4 g. de 7. nat. 1. & civ. Item plebiscita ferebantur comitijs tributis, ut ait Festus, sed leges ferebantur plerumque comitijs centuriatis, ut probat Gruvius lib. 1. de comit. c. 2. Bach. ad part. 1. ff. p. 36. Clapm. de arcan. Rerump. l. 3. c. 23. Eberlin. p. 52. & 57. Revard. 3. Conject. 7. & ad. ll. 12 tabb. c. 1. Con. n. r. comm. 13. Gentil. 3. lect. 1. Mercer. 2. opin. 15. Pitb. 2. subsec. 7. Don. En. l. 1. c. 8. D.

l. 15. c. 20.

7. de

lib. 4.

lib. 3.

3. ann.

7. Senatus  
consulta.

XXXIV. Ita verum quod ait Livius: in populari statu eò impendi laborem atque periculum, unde emolumentum atq; honos speretur. Quare permagni duxerunt populares leges, popularem educationem, liberas accusationes, quæ velut arma fuerunt plebis Rom. adversus Patricios: Magistratus plebeios eosq; Sacrosanctos, qui & populares erant, & præsentem statum amabant; quales fuerunt TRIBUNI PLEBIS, quibus licuit Scis intercedere, imò postea & in curia subsellia habere. Quò facit illud apud Livium: *Aur plebs non est habenda, aut habendi sunt Tribuni plebis.* Propterea Imperatores occupato Imperio, momentò tribunitiam potestatem usurpârunt, quod erat, ut scribit Tacit. *Summi fastigij vocabulum.* Clapm. ib. l. 3. c. 23. & Bach. ib. p. 37.

XXXV. Ut autem ad sua principia Respub. Rom. tacitè iterum resolveretur; cum apud Senatum vel ab ipso penè civitatis initio totius reipub. cura fuerit, obliquis artibus & lento nisu à Reipub. administratione plebs arcenda atque deterrenda fuit. Primò enim non simpliciter viam Plebi occludendam ad dignitates, quin potius admittendam, esse duxerunt. Quia maximum periculum est ab ipsâ, quæ si  
ab



ab imperio prorsus remota est, infensissima est presenti Reipub. statui. Itaque ad inescandam plebem, data est plebiscitis vis eadem, quæ legibus, uti & honorum communicatio: Ita tamen ut plebi ob multitudinem postea à comitijs impunè, senatoribus autem minimè abesse liceret. *Quia difficile plebs convenire capit, populusq; multò difficilius, in tanta turba hominum*  
§. 9. Et si convenisset, nullum habuisset consilium imperita hæc multitudo prona ad dissensionem. *Multitudo enim est mater seditionis & erroris. Vnde necessitas ipsa curam Reipub. ad senatum deduxit: ita cepit Senatus se interponere, & quicquid constituisset, observabatur: idq; jus appellabatur SENATUS CONSULTUM* ib. Melius ergò fuit, totius populi vice consuli paucos, & eos quidem optimos, nempe Senatum; qui ordo primus in urbe fuit, l. un. C. de equ. dign. lib. 12. seu consilium, quod representat populum totum *Ram. hic, p. 153. Coras. p. 47. Eberlin. p. 58. Clapm. p. 55. Job. Sarnoisius in lib. de Sctis. Briffon. 2. form. p. 164. p. Gregor. 47. Synt. 25. Don. En. l. 1. c. 8. c. Hortled. Disp. de ratione leg. pub. tb. 4.*

XXXVI. Ex quo videre licet, operam dandam in Aristocratiâ Viris principibus, ne aut facillè cedant plebi, aut omnia negando ad extremam necessitatem ipsam adducant. Nam ea est natura plebis, ut tantùm rationem sui haberi velit, quàm impetratâ reliqua transmittit; præsertim autem onera Magistratib; adjuncta plebem à Reipub. administratione abstertere solèt. Deinde sicuti à jure suo discesserint, Rempub. instar Chimicorum ut resolvant, qualis apud Florentinos teste Machiavello, est quinquennalis Reipub. redintegratio. Idq; in Italiæ urbibus fecit *Fridericus Imp. de quo Guntherus: Sed veterum leges; editæque regia, longo Jusitio suppressa silent, quæ Carolus olim. Quæ noster vulgavit Otho, vestigia Juris pauca sui Italiæ agnoscit fiscus in oris. Consulite in medium, quas me, vel ferre recentes, Vel senum passas leges renovare velitis.* Hæc enim est natura Rerum pub. ut facillè ultrò aliquid attrahant, sive ex progressu temporû, sive ex incuriâ atque negligentia eorum, qui Rempub. administrant: quod si serpat ulterius, neq; abscindatur, facile informam

C 2

aliam

79  
§ IX.

Chrys. in  
Matth.  
Hom. 1.

lib. 8.



am formam Respub. mutatur. Nam ut canit Poëta: *Si paulatim summo discessit, vergit ad imum*. Et minutulas istas mutationes trahere paulatim ruinam status speciatim notat *Eber. à Weibe Diss. de regn. elect. & succ.* Romani certè, nimis undique libertatem minimis quoque rebus muniendo, modum excesserunt, teste *Livio lib. 2.* Adeoque *avidè, ruendo ad libertatem in servitutem delapsi sunt*. Solent enim ut plurimum, inquit *Machiavell. lib. 5. hist. Florent. in pr.* Regiones mutationibus suis à bene constitutis rationibus ad corruptas, à corruptis vicissim ad bene constitutas migrare. *Henr. Zöllner conclus. 3. de Regis Rom. elect. p. 126.*

§. X.  
§. Magistratus edicta.

XXXVII. Eodem quoque tempore & Magistratus jura redderant, & ut scirent cives, quod jus de quaque re quique diciturus esset, seque prae munirent; Quia subditi non precipitandi, sed suaviter monendi. *Coras. hic.* EDICTA proponebant, quae edicta praetorum Jus honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore praetoris venerat. §. 10. *hic.* Ideò autem hoc in loco *Pomponius* imprimis ad officium Praetoris respicit. Quoniam apud Praetorem penè tota erat dicendi juris potestas: ut proinde non sit absurdum, omnia edicta Magistratum, quae jus faciebant, & secundum quae jus dicebatur, referre ad jus praetorium: cum praesertim *appellatio Praetoris* in se latius pateat, ut & alios Magistratus, Aediles, Curules, Censores, imò & Consules quoque qui initio jus dicebant, nomine hoc complectatur. Praetores enim quicumque magistratus dicti sunt, qui scilicet *Jure & exercitu* praerent. Vel quod ceteris omnibus praerent, ac praeponebantur. Ratio autem, cur hoc jus dicatur, *honorarium*, traditur in §. 9. *J. de jur. nat. Nov. 24. pr.* Quod si huic juri auctoritatem dederint, qui honores, hoc est, magistratus gererent. Paulo aliter *Papin. in l. 7. ff. de J. & J.* ad honorem praetorum ita appellatum scribit, & *Pompon. hic.* ideò dictum, quia ab honore praetoris venerat; quanquam & ista secundum prius illud explicari possint. Est itaque Speciei vocabulū generis loco positum.

*Rittersb. & DD. ad §. 8. J. de Jur. nat. g. & civ.*

*Eberl. p. 86. & Bach. p. 58. Coras p. 52. num. 4*

XXXVIII. Quod autem Praetorum officium *Pomponius* eodè cū Senatoribus tempore cepisse asserit, largè modo intelligendum



ligendum est. Nam temporis intervallum inter hosce Magi-  
stratus interjectum non exiguum esse, ex Historijs liquet. Ita-  
que in hujusmodi, quæ ex principiis Politicis, Ethicis aut Hi-  
storicis deducenda sunt, auctoritatem sive Pomponij sive Tri-  
boniani, sive cujuscunque tandem, sicubi ejus assertio illis re-  
pugnat, contemnendam esse, acriter defendit *Bachov. com. ad*  
*ff. part. 1. p. 40.* Interim tamen sicut testium dicta in tempo-  
re variantia non sunt calumniosè interpretanda, sed omni studio  
concordanda; Ita & hîc procedendum. *Lindem. th. 129.*

XXXIX. Haftenus Romana Respub. quodammodo § XI.  
experta est Monarchiam sub Regibus, experta est Democrati-  
am & Aristocratiam. Sed *Novissimè sicut ad PAUCIORES JURISPRUM* placi-  
CONSTITUENDI VIA *transisse ipsis rebus dictantibus videba- ta.*  
*tur: per partes* (succedaneas mutationes vel per factiones inter  
civitatis principes, qui bella civilia commoverunt) *evenit, ut*  
NECESSE ESSET REIPUB. PER UNUM CONSULI, (hoc  
est, factum est, ut Principibus Reipub. invadendæ locus datus  
sit. *Govean. l. 21. lect. variar. c. 24.*) *Nam Senatus non perinde o-*  
*mmes provincias probè gerere poterat. Igitur constituto principe,*  
*datum est ei jus, ut quod constituisset, ratum esset §. II. hîc.* Vera  
autem hujus mutationis causa à Pomponio non modò assigna-  
ta, *difficultas scilicet administrandi provincias; sed & mutua dis-*  
*sidia Senatus populiq; fuerunt, quorum pertaxi, uni quàm*  
*multis parère maluerunt. Cavendæ enim imprimis in ipsorum*  
*statu, tales fuissent seditiones, & per partes secessiones, quæ*  
*componi non poterant, nisi Imperio ad unum devoluto: quod*  
*Tacitus de Augusto refert, eum Rempub. discordijs civilibus fes-*  
*sam nomine Principis sub imperium accepisse.* Ita enim in unum  
omnem potestatem conferri pacis interfuisse *idem r. ann. scribit.*  
Et *Hom. Multos imperitare malum est: Rex unicus esto.* Quare  
scriptor quidam Gallicus hujuscemodi bella civilia ex  
Plutarcho, nî fallor, appellat *Dolores*, sive ut Græci vocant  
*òdivas* Reipub. parturientis magnum aliquod regnum. *Lind. hîc*  
*ib. 133. & Clapm. ib. l. 2. c. 14.* Quo tamen ipso Monarchicum  
statum, sive unius Imperium utroque Reipub. tempore omni-  
bus



bus potiore & potentiore & durabiliore esse ostendunt. Lips. pol. l. 2. c. 2. Ropr. ad Ram. p. 157. Clapm. p. 63. Heider. polit. p. 817. Bodin. l. 6. de Repub. c. 2.

Sen. conf.  
ad Helv.  
3. Ann.

§. XII.

2.

X L. Ex quibus tamen omnibus, qui in Regno aut Repub. notandum, nihil in hoc mundo esse stabile. Nov. 7. Ferri & volvi omnia sursum, deorsum, & nullius rei eodem semper loco stare fortunam. Atque ut Tacit. ait, rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur. imò & Rerum publicarum, quidni & legum? Ita in civitate Rom aut Jure, id est, lege constituitur, aut est proprium jus civile, quod sine scripto in sola prudentium responsione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine auctoritate Patrum est constitutum: aut est Magistratum Edictum, unde jus honorarium nascitur: aut SCtum, quod solum senatu constituyente inducitur sine lege ( hoc est, sine rogatione ut Accurs. vel sine plebe, ut Gothofr. & an non hoc indignationis fomes?) Aut est Principalis constitutio, id est, ut quod ipse Princeps constituit pro lege servetur, Rittersh. ad Novell. p. 25. Lips. pol. l. 1. c. 4. & in not. p. 14. Henr. Zöllner. de Regis Rom. El. concl. 1. Sed AN ISTA OMNIA VAGIS STELLIS, aut principiis & nexibus naturalium causarum, aut numeris Platonis vel locorum sitibus adscribenda? Delirant! Nos à causa principe id petimus: id est, DEO, ex quo suspensa sunt omnia, à quo sunt omnes causæ causarum. Ita, ut cum Coras. hic. p. 55. ad textum Pomponij revertar: in Principem Imperij jus transferendi non tanta mihi videtur fuisse necessitas, nisi quod Deus O. M. ineffabili suâ providentiâ sic voluit, ut Quarta constitueretur Monarchia: quæ manere manebitq; propitio Deo, quâdiu hic Orbis. Pulcre Tertull. ad Scapul: Christus, ait, salvum vult totum Imperium Rom. quousq; seculum stabit, tam diu enim stabit.

PARS



De Magistratum nominibus & origine.

513

XLI. Post originem juris & processum cognitum consequens est, ut DE MAGISTRATUUM NOMINIBUS ET ORIGINE cognoscamus. Quia, ut exposuimus, per eos, qui juri dicundo præsumunt, effectus rei, h. e. juris executio, accipitur. Præsertim si secundum leges jus dicatur, ac non precio aut precibus. Parum est enim, jus in civitate esse, nisi sint qui jura regere possunt. Sic Cicero Magistratibus opus esse dixit, quod sine illorum prudentiâ ac diligentia civitas stare non possit. Nam magistratus est custos legum, imò animata lex: Qui exequendo robur & effectum dat sententiis. *Isernia ad const. Sicil. p. 154. col. 1. l. 74.* Sed quia sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Post hoc dein, de Auctorum successione dicamus: quod constare non potest jus nisi sit aliquis Jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci. *ib. vers. post. Juris enim cognitio in assessore l. 1. ff. de off. ass. & advocato requiritur. l. n. C. de adv. div. jud. ut possint difficiles nodes resolvere, obscuritates illustrare, & jus ipsum casibus quotidie emergentibus rite & recte applicare. Eberlin. p. 95. Sc. Genz. de jurisd. l. 2. c. 1.*

§. XIII.

3. de B.

Cic. pro Cluent.

XLII. Quod igitur ad Magistratus attinet, (Romanam enim Rempub. omnes formas gubernationum expertam esse Historiæ evincunt) initio civitatis hujus constat, REGES, omnem potestatem habuisse §. 14. hic. Nam Dion. Halicarn. refert: Romulum conditâ urbe, tres proposuisse populo Romano Rempub. formas; Regiam scilicet, item Paucorum, & Popularem dominationem, eisque optionem reliquisse, quam velint eligerent. Populus verò Rom. ita respondit: Nobis novâ (referunt se ad Rempub. Trojanam, quæ fuit regia, à quibus Romani originem trahunt. *Först. histor. Rom. l. 1. c. 3.*) reipub. formâ non est opus: Sed quam Majores nostri optimam judicârunt,

§. XIV.

1. Reges. lib. 2. antiq.

cam





cum ab illis acceptam non mutabimus: nec discedemus à priscorum  
sententiâ, à quibus magna cum prudentia eam constitutam fuisse cre-  
dimus, sed in hac fortunâ acquiescemus. Neq; enim jure de eâ con-  
queri possemus, quæ nobis sub regibus bona, quæ maxima inter ho-  
mines habentur, libertatem & imperium in alios dedit: Hæc igitur  
est de forma Reipub. nostra sententia. Eberlin. c. 13. p. 100. Co-  
ras. p. 58. Tholof. Synt. lib. 6. c. 7. & l. 47. c. 10. n. 14. Forst. de  
jurisdict. c. 2. p. 36.

XLIII. Bonum & Regis & Populi Factum! REGIS dum-  
scivit, non solum Novum imperium inchoantibus utilem esse cle-  
mentia famam: Sed etiam istam esse rationem infatuandi ple-  
bem, quoties ij, quibus imperia & dignitates demandantur, ita  
se fingunt atque componunt, ut videantur inviti illud agere,  
quod agunt. Ex quo duplicem cepit usum. Nam hæc inten-  
tatâ quæstione cum aliorum sententias elicit, quod de Tiberio  
refert Tacitus, eum ad introspectiendas procerum voluntates indu-  
xisse dubitationem: tum Plebem magis magisq; accendit ad rem,  
quam intenderat, efficiendam. Quam artem egregiè calluit  
Augustus, de quo Tacit. Eû specie recusantis flagrantissimè cupivisse.  
Et de Tiberio Sueton: Tandem, inquit, quasi coactus & qua-  
rens miseram & onerosam sibi injungi servitutem, recepit Imperi-  
um. Expedi enim aliquando prudentiam politicam astu, hoc  
est, solertiâ licitâ & honestâ temperare, simulando, dissimulan-  
do. Regnare namque nescit, qui dissimulare non novit. Fer-  
mantanda astu serpentino, candida sive columbina simplicitas.  
Prudentis enim regis est aliquando pro re natâ simulare. Rein-  
cking. l. 2. cl. 1. c. 4. num. 5. Jetus de jure princip. tb. 81. b. P O-  
P U L I ideò, quod veteris Reipub. forma fuerit tenacissimus,  
quippe quæ ipsis & libertatem & imperium dederat. Nam licet Re-  
gia potestas Romulo esset tributa, tamen Patres tanquam Consi-  
liarios sibi adscivit: TRIBUNUM CELERUM, qui Equitibus  
(300 illis juvenib; ad majestatem & custodiam Regii corporis, for-  
tè à celeritate officij, quod Regi subinde præstò essent, Celerib. di-  
ctis) præerat, & veluti secundum locum à Regibus obtinebat,  
(quo in numero fuit Junius Brutus, qui auctor fuit reges ejiciendi;)  
imò ex quorundâ sententiâ & Quæstores constituit §. 15. h. c. & pr.  
inf.

Tac. 4. hist.

1. Ann.

2.





inf. de off. quæstor. Et plebi maxima ista tria commisit: Magi-  
stratus creare, leges sancire, de bello, referente rege, decernere.

Eberl. c. 13. n. 8. & c. Arnif. pol. l. 2. c. 6. n. 62.

XLIV. Sed fit malo vitio, an fato humani generis, ut initia  
magistratum aut principum ferè meliora sint, sed finis inclinet.

Nam peccare paullatim indulgenti à fortuna & pravis magistris  
discunt audent. Sive etiam Regni ipsius natura hoc fert, ut diu-  
turnitate in superbiam mutant. At male! Imperium enim ijs ar-  
tibus facillimè retinetur, quibus initio partum est.

Quare cum Tarquinius Superbus veteres leges sustulit, novas finxit: om-  
nia denique pro libidine mutavit. Fortuna quoque ejus cum

moribus immutata fuit. Et tulit, ut Livius inquit, Romana regia  
sceleris tragici exemplum, ut tædio regum maturior veniret li-  
bertas, ultimumque regnum esset, quod scelere partum foret.

Lipf. l. 2. pol. c. 5. & l. 4. c. 12. Dn. Bernegger in notis ad eum non-  
dum editis. Victor. de exempt. imp. concl. 20. Grotius de antiq. reip.  
Bat. c. 6. Amirat. disc. in Tacit. l. 20. c. 7. Forst. hist. Rom. l. 1. c. 12.

XLV. Exactis deinde Regibus populus varijs muta-  
tionibus semper fluctuavit. Et primò noluerunt sen-  
tentiam unius iterum rerum omnium Dominum facere, sed

Duobus viris, Lacedæmoniorum exemplo, regium permittere  
principatum, ut pudore inter se à vivendi libidine retrahe-  
rentur, & sedulo virtutis gloriam appeterent: ac utroque ean-  
dem imperij vim habente, si unus malus esse maluisset, alter si-

milem habens potestatem, posset eum coercere. CONSULES  
itaq; constituti sunt Duo: penes quos summum jus, uti esset, lege

rogatum est. §. ib. 16. Nam, ut ait Aristoteles, si justum fuit, uni de-  
ferri imperium, quia cæteris melior esset, utique duo viri sapi-  
entes, & probi, meliores erunt uno. Nec in alio pene diversa à

Regia fuit potestas Consulium, quam quod annua & cum alio  
communicata; potestas autem in plures divisa, fit infirmior, &

moderatus se gerit; qui post annum se privatam obnoxium  
reddendis rationibus intelligit. Dicitur ab eo, quod plurimum

Reipub. consulerent. Hinc illud Varronis: Qui rectè consulat,  
consul fuit. Qui tamen, ne per omnia regiam potestatem sibi

D

vin-

§. XV.

Tac. 15. ann.

l. 2. Inst.

l. 12. Ann.

Sallust. Cat.

ib.

§. XVI.

2. Consules.

l. 3. pol. c. 12.

Liv. l. 2. in pr.

Cic. 3. de ll.



*vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset, neve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi: solum relictum est illis, ut coercere possent, ut in vincula publica duci ja-*

*berent. Quamobrem, inquit Cicero, boni consulis est, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisque communibus, suam salutem civium saluti posteriorem ducere. Vid. Forst. b. Rom. l. 1. c. 13. & Ram. hic p. 167. Bach. ib. p. 92. & Lindem. tb. 140. Coras. p. 59. Eberl. p. 109. Sc. Gentil. de jurisd. l. 3. c. 1. Wesemb. & Dd. inf. de off. consul. Don. En. l. 2. c. 15. c. c. 26. 1. Steph. de jurisd. l. 1. c. 14. n. 25. Vult. J. R. l. 1. c. 13.*

*S. XVII.*

*3. Censores.*

*XLVI. Post deinde cum CENSUS jam majori tempore, quo desitus erat censi populus ob varia bella civilesque dissensiones; agendus esset, & Consules non sufficerent, huic quoque officio CENSORES constituti sunt. S. 17. hic Res saluberrima! ut inde posset æstimari, quantum hominum ad militiam & quantum pecuniæ ad Reipub. usum, idque non viritum ut ante, sed pro habitu pecuniarum, posset in commune redigi: ne se gravioribus, quam ferre possit, bellis implicet. Ita enim comparatum est, ut de facultatibus suis amplius quam in ijs est, sperent homines. § 3. 7. Qui & ex quib. c. manum. Earumque fiducia*

*majora viribus sæpe aggrediuntur. Nam alere exercitum, inquit Melancht. Dom. 9. Trin. p. 481. non est privatarum facultatum, πόλεμος ἔ μέρεια σίτηται. Bellum non sustinetur certa mensura facultatum privatarum. Es gehöret immensum quiddam darzu. Bellum ist ein Bodentlos ding. Es hat den grossen Principibus Romanis offte dran gemangelt. Quis est jam omnium regum qui possit diu alere exercitum? Ut itaque circa tributa æqualitatis commoda haberi possit ratio, CENSUS res saluberrima magno imperio, instituendus est: curandumque ut omnia patrimonij, dignitatis, ætatis; artium, officiorumque discrimina in tabulas referantur; quemadmodum Servium Tullium ordinasse accepimus. Sic in dites à pauperibus inclinari poterunt onera. Nihil enim iniquius æqualitate illa, cum non ex censu tributa, sed capitibus indicantur. Integerimus Dn. Matth. Bernegger Amicus parentis instar honorandus*

*Liv. l. 42.*

*Flor. l. 6. 3.*

*Liv. l. 43.*

*randus*





randus in not. ad Sueton Aug. 25. 3. h. & in disp. de odio subdit. adv.  
principem th. 51. Plura de Censuram officio & modo, & præcipue  
de disciplina publicâ tanquam firmissima Reipub. columna  
vid. apud Gôdd. ad l. III. de V. S. Schönborn. pol. l. 4. c. 26. & l. 7.  
c. 6. Lindem. tb. 142. & Ram. p. 168. Coras. p. 64. Eberl. p. 127.  
Rosin. Antiq. l. 6. c. 8. Don. En. l. 6. c. 7. f. & l. 17. c. 24. f.

XLVIII. Populo deinde aucto, cum crebra orirentur BELLA,  
& quedam acriora à finitimis inferrentur; quæ cum reliquis acri-  
ora esse soleant, metumque de summa rerum communique  
libertate incutiant; re exigente, placuit majoris potestatis magi-  
stratum constitui; ad quem trepedis in rebus, tanquam ad sacram  
anchoram, consilij auxiliijque gratiâ, confugere laborans  
Respub. posset; Itaq; DICTATORES proditi sunt §. 18. Ita  
appellati, vel quia omnes dictis eorum parere oportebat: vel  
quia non ut alij magistratus à populo comitijs indictis legeban-  
tur, sed ab uno, veluti Consule, dicebantur. A quibus nec provoc-  
candi jus fuit. Cujus, ut Livius l. 8. inquit, edictum pro numine  
semper observatum, & quibus etiam capitis animadversio data  
est ib. §. 18. Alij id à Græcis acceptum censent, apud quos civi-  
tates & populi aliàs liberi ob ingruentia pericula, quasi rectius  
ab uno averti posse credebantur, uni summam quidem sed tem-  
poralem, nec sub regis sed alio titulo, potestatem dabant:  
quales fuerunt Asymnetæ, Harmostæ, ἀρχοί. Unde dictator  
magister populi, id est moderator. Don. En. l. 17. c. 7. m. & c.  
Camer. bor. subs. cent. 3. e. 61. Bod. 3. de Rep. 3. num. 273. Coras. p.  
70. Eberl. p. 145. Majer. disp. de Jurisd. proem. q.

XLIX. Ceterum illud salutariter in liberâ Repub. quod  
Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non  
erat fas ultra sextum mensem retinere §. 18: ib. ne quis fretus diu-  
turnâ potentiâ Rempub. everteret. Nam eò est hominum  
natura proclivis, ut postquam multum temporis in potesta-  
te transegerunt, haudquaquam sibi ducant vivendum patrijs  
moribus. Et inde Aristoteles ait, maximos magistratus, omni-  
nò non dandos, aut si dentur, debere esse modici temporis:  
quod plerumque accidit, ut hujusmodi diuturnitatem subse-  
quatur

53,  
§. XVIII.  
4. Dictato-  
res.

Halic. l. 3. in  
fin.

Dion. l. 36.

§. Pol. 8. &  
7. 14.



2.

quatur Principatus. Ex quo Politicorum filij deducunt: Reipub. magis conducere temporaneos, quam perpetuos esse magistratus. Neque enim tam facile magistratus ad maleficia impelluntur, cum brevi tempore, quam cum diuturno imperio; quippe lascivire solent, ut Plato ait, quæ supra modum elata sunt. *vid. Clapm. de arcan: rerum pub. l. 3. c. 19. Lindem. ib. 147. & Ram bic. p. 169. Cubach. dec. 5. q. 8. Bach. p. 95. Forst. hist. R. l. 1. c. 17. Tholos synt. l. 47. c. 16. Jac. Mart. polit. p. 835.*

§. XIX.

L. Cum igitur in Dictatorem summa planeque regia esset collata autoritas, & institutus Magistratus hic rei gerendæ & seditionis comprimendæ gratiâ; necesse fuit eum munire & firmare præsidio quodam. Et his igitur Dictatoribus MAGISTRIEQUITUM auxilio & adjumento jungebantur, ut si quando abesse, aut graviore morbo laborare dictatorem contingeret, vices illius gerere magister Eq. & munia obire posset; *Sic quomodo Regibus tribuni Celerum: quod officium ferè vale erat, quale hodie, Repub. Romana in Monarchiam redacta, Praefectorum pratorio §. 19. hic. Magistratus tamen (et si extraordinarij essent, qui exigentibus id necessitatibus subitis & periculis solebant eligi Bach. p. 95.) habebantur legitimi ib. Quia moderandæ Reipub. præficiantur l. 57. pr. de V. S. omnesque ejus dicto audientes esse oportebat. Magistratus autem ij potissimum dicuntur, qui jus habent imperandi Arist. 4. pol. 15. Forst. ib. c. 18. Coras. p. 73. Don. En. d. l. 17. bb.*

§. XX.  
§. Tribuni  
Plebis.

L.I. *Isdem temporibus cum plebs à Patribus, ob nimiam Patritiorum potestatem in Tyrannidem sensim degenerantem, & præcipuè ob creditorum malignitatem corpora debitorum pro servis detinentium; secessisset: atque tandem à Meneno Agrippâ, apologo de ventre à membris derelicto sedata; hâc tamen sub conditione, si scilicet ex suo corpore magistratus crearentur, qui auxilio plebi adversus Majores magistratus essent; deinde si ijdem sacrosancti essent; & tertio si honor ille plebeijs solummodò pateret; TRIBUNOS sibi in monte sacro creavit, qui essent plebeij magistratus. Dicti quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli, vel quia tribuum suffragio creaba*



*creabantur* §. 29. Etenim omnes magistratus parebant Consu-  
 li, præter Tribunum plebis: Unde, si quid Senatus, aut alius  
 magistratus decrevisset, id non ratum, si tribunus interces-  
 sisset. hoc est, si reclamasset aut vetuisset. Sed an fuerit pro-  
 priè magistratus & jurisdictione præditus? Plutarchus ambi-  
 git & verius imperij solutionem eos habuisse, quam imperium,  
 ut, qui in impediendo plurimum possint, in imperando verò  
 parum. Bachovius tamen *part. 1. com. ff. p. 97.* magistratus  
 ipsos quoque fuisse verius judicat. vid. *Först. hist. Rom. c. 19.*  
*& Eberl. dist. tempora p. 163. Coras. p. 73 Lind. th. 144. 149. Ram.*  
*p. 171. Tholof. synt. l. 47. c. 34. Arnif. de Rep. p. 934.*

2.

LII. Item q; ut essent, qui adibus, initiò sacris tantum, præ-  
 essent, in quibus omnia Scita sua plebs, ut & LL. & SCta, deferre-  
 bat: ut ibi custodirentur, qui ante pro arbitrio Consulum sup-  
 primebantur, vitiabanturq; ; duos ex plebe constituerunt: qui et-  
 iam **ÆDILES** appellati sunt §. 21. Quod facilis ad eos plebi ad-  
 tus esset. *Bach. p. 98. Lindem. th. 151. Ram. p. 172. Eberl. p. 178.*  
*Coras. p. 78.*

§ XXI.  
 6. Ædiles  
 plebis.

LIII. Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset: ut  
 essent, qui illi præessent, constituti sunt **QUÆSTORES**, qui pecunia res.  
 acceptæ & expensæ præessent: Dicti ab eo, quod inquirenda & l. 2. Pol.  
 conservanda pecunia causa creati erant §. 22. Hoc verò magi-  
 stratu in Repub. maximè opus, cum pecuniæ sint nervi re-  
 rum gerendarum. Nec sine causa *Aristoteles* reprehendit Spar-  
 tanos, quod commune ærarium non haberent. *Coras. p. 79. E-*  
*berl. p. 182. Tholof. synt. c. 36. n. 5. Briffon select. l. 1. c. 17. Heider.*  
*polit. p. 575. Melancht. Dom. 21. Trin. p. 463. Wes par. inf de off. quæst.*

§. XXII.

LIV. Ut autem securitati civium consultum sit contra im-  
 probos, necesse est in quaque Repub. ut delicta præsertim a-  
 trociora coerceantur. Et quia, ut diximus, de capite civis Rom.  
 injussu populi non erat permiffum Coss. jus dicere, propterea **QUÆ-**  
**STORES PARRICIDII** constituebantur à populo, qui capitalibus  
 rebus præessent §. 23. à quarendo, quod scil. maleficia conquire-  
 rent, quæ postea **TRIUMVIRI CAPITALIS** conquirere ceperunt.  
 Reipub. namq; interest, ne delicta maneat impunita. l. 51. ff.  
*ad l. Aquil.* Quos tamen magistratus non fuisse ( ut putat *Cujac.*

§. XXIII.



Obrecht Ramus hlc. aliq<sup>3</sup>) aut criminalem habuisse jurisdictionem; sed tantum inquirendi, & re cognita ad populum referendi, jus ipsis competiisse verosimilius est. Don. En. l. 17. c. 8. II. Steph. de jurisd. l. 1. c. 14 n. 45. Briffon. antiq. l. 11. c. 1. Engelbr. diss. de jurisd. tb. 38. p. 161. Muret. de jurisd. p. 141. Suerin. rep. licet. c. 6. 1.

§. XXIV.  
8. Decemvir

LV. Sed cum plebs semper Consulum & Senatus potestatem diminuere allaboraret, placuit, leges quoq<sup>3</sup> ferri; quæ patres & plebem æquo jure tenerent: latum est ad populum, uti omnes Magistratus se abdicarent, quo DECEMVIRI constituti uno anno. Hi cum magistratum prorogarent sibi, & cum injuriosè tractarent, idque agerent, ut ipsi & factio sua perpetuò Rempub. occupatam retinerent: nimia atque aspera dominatione, eò rem perduxerunt, ut Exercitus à Repub. secederet. Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam, qui cum animadvertisset Appium Claudium, captum amore virginis omne fas ac nefas miscuisse: & contra jus vindicias filiae suae à se abdixisse & secundum eum, qui eam in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: indignatus, quod vestutissima juris observantia in persona filiae suae defecisset, & castitatem filiae vitæ quoque ejus preferendam putaret, arrepto cultro de taberna Lanionis filiam interfecit: in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret: ac protinus recens à cade madentēq<sup>3</sup> adhuc filiae cruore, ad cōmilitones confugit, qui universi de Algido, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Aventinum transtulerunt, omnisque plebs urbana mox eodem se contulit (populiq<sup>3</sup> consensu partim in carcere necati.) Ita rursus Respub. statum suum recepit §. 24. Forst. hist. Rom. l. 1. c. 22. Rittersb. ad 12. tabb. p. 3. Tholos. syntag. l. 47. c. 19.

LVI. Causæ itaque hujus mutationis quatuor hinc indignantur: Prorogationis ambitio, de invadendo imperio suspicio, Injuriosa civium tractatio, & pernitiōsa libido. Imprimis autem libido ut furor, quem in magna licentia continere difficile est, prorupit, & Appium adeò transversum rapuit (Animo enim



enim per libidinem corrupto nihil honestum inest) ut quasvis artes Tac. II. Ann.  
Virginis amore potiundi tentaret. Sed frustra! Malitia nam-  
que evertit sedes potentum. Et regna & imperia ob Superbiam,  
libidines aliaque scelera evertuntur & mutantur. Sic multis a-  
liis urbibus, regnis & imperiis exitio fuerunt libidines. Sic *Sap. 5.*  
Sodoma igne consumpta. Sic quoque tota tribus Benjamin  
deleta est, propter stupratam uxorem Levitæ: & innumera  
exempla. Videant itaque qui illud usque ingeminant: *Licet*  
*si libet: Forst. hist. Rom. l. 1. c. 1. n. 9. & c. 3. n. 4. & de jurid. p. 82.*  
*Coras. p. 87. Rittersb. ib. p. 193.*

LVII. Deinde cum post aliquot annos, quam XII. tabb. lata  
sunt, & plebs contenderet cum Patribus, de patrum plebisque con-  
nubio promiscuo: Et vellet ex suo quoque corpore Consules creari,  
& Patres recusarent; quod contaminari sanguinem suum patres,  
confundi que jura gentium prætenderent, & quod nemo plebeius  
auspicia haberet: (penes quos igitur sunt auspicia more majorum?  
nempe penes Patres.) Ideo cum Bella varia Romanis undique im-  
minerent, delectusque propterea haberi juberetur, exasperata  
plebs ob sui contemptum, delectum pati noluit. Cum itaque  
aut hostibus aut civibus de victoria concedendum esse appare-  
ret: Factum est, ut TRIBUNI MILITUM crearentur, par-  
tim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate, bique consti-  
tuti sunt vario numero §. 25. Et in hoc solummodo differentia  
erat, quod iisdem nominibus non appellarentur. Placuit enim  
patribus, plebi potius Consularem potestatem, quam Consul-  
tum nomen communicare, ut Zonaras autor est, ne scilicet ho-  
noratum vocabulum à promiscua turba inquinaretur: & quod *Liv. l. 6.*  
Consules jure ordinario, hi verò extraordinario Senatum,  
consulendi jus haberent. Cæterum tandem & in hoc victi  
Patres, abrogato Tribunorum Militum magistratu, plebi con-  
cesserunt, ut alter Consul ex plebe crearetur. §. 26. *Eberl. p. 204.*  
*Cor. p. 91. Först. c. 24. Bach. p. 103. Majer de jurid. proæm. l. 1.*  
*Stad. com. ad Flor. 1. c. 36. Govean. 1. var. 23.*

LVIII. Pro quâ tamen diminutione, ut aliquo pluris patres  
haberent, & ne in totum æquasse sibi plebem viderentur, placuit  
duos

§. XXV.  
9. Tribuni  
militum.

Liv. l. 6.

tom. 2. ann.  
p. 28. in fin.  
Gell. l. 14. c. 7.

§. XXVI.  
10. Aediles  
Curules.



§. XXVII.

II. Prætores.

duos ex numero patrum consilium: ita facti sunt **ÆDILES CURULES**, qui honore tamen postea concordia causa quoque promiscuus fuit, libero in omnibus **Ædilium Curulium** comitijs populi suffragio. Eberl. p. 207. n. 3. Cumque **Consules** advocarentur bellis finitimis: neque esset, qui in civitate jus reddere posset. *Fatum est, ut PRÆTOR quoque crearetur; qui URBANUS appellatus est, quod in urbe jus redderet.* §. 27. Quasi **PRÆTOR**, qui nimirum jure præit, & privata judicat, aut judicari jubet. Prætorum tamen numero postea aucto, ne Magistratus alicujus plebs particeps non esset, prætura etiam cum plebeiis communicari cepta est. Coras. p. 92. Eberl. p. 211. Först. c. 26. Lind. tb. 162. Matib. Steph. de jurisd. l. 1. c. 14. n. 51. Tholof. l. 47. c. 30. n. 3. Wesenb. & Dd. infr. de offic. Prætor.

§. XXVIII.

Aconf. 3.

Verr.

2.

LIX. Post aliquot deinde annos non sufficiente eo Prætor, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret: creatus est & alius **PRÆTOR PEREGRINUS**, qui inter peregrinos plerumque jus dicebat §. 28. Romani enim plurimos civitate donabant, & eos maxime quos bello vicerant, quæ non minimum fuit incrementi tam subiti causa. Liv. passim. Quin imò **Asylum** Romulus Romæ constituit, quo peregrinos in urbem, velut tutum perfugium alliceret. *SED AN REIPUB. CONDUCTIBILE? Politicorum est disceptatio. Athenienses certè & Spartani tales in civium numerum non asciscabant: Metuendum enim, ne linguas, vestes, mores, leges & vitia peregrina secum afferant, & civibus originariis, cum omnes cupidi sint novitatis, sensim obtrudant: Ne seditiones morum dissimilitudine & contentu mutuo concitent: Aut parum fidi sint Reipub. quam non habent patriam: neve cives reliquos exhauriant, opprimant, ejciant. Interim tamen rectissime illud Hannibalis hic nostrum facere possumus: Qui hostem feriet, is mihi Carthaginensis erit.* Heider. pol. 261. Schönb. Pol. l. 1. c. 36. Scip. Amir. Discurs. in Tac. l. 11. c. 6. Jac. Martini pol. p. 716. & 815.

§. XXIX.

12. Decem- viri stribus judicandis.

LX. Deinde cum Prætoribus, qui ad jus dicendum creati erant, vacatio à belli administratione non daretur, & esset oblitium multitudinem necessarius magistratus, qui *hasta* (quod **Jurisdictio**)





risdictionis insigne) praesert, DECEM VIRI *Sclitibus iudicandis*  
*sunt constituti* §. 29. qui Praetorum partes eo tempore sustinen-  
 tes, litibus dijudicandis & singulorum postulatis noscendis praes-  
 stis forent. Cui Centumvirali iudicio an praesuerint praetores;  
 & de hastae signo plura qui desiderat, consulat *Bach. ad ff. part. 1. p.*  
*105. Ram. hic p. 180. Eberl. p. 219. Coras. p. 96. Ravard. protrib.*  
*c. 20. Don. En. L. 17. c. 22. d. §. c. 24. u. Sib. Siccama. de centum-*  
*vir. iud. l. 1. c. 8. P. Gregor. de Repub. l. 4. c. 5. n. 10. §. Synt. l. 47.*  
*c. 24.*

LXI. Eodem tempore QUATUOR VIRI qui curam viarum  
*publicarum gererent*; eas fulciendo, adornando, substituendo,  
 quo commodè liceret unicuique de populo per eas ire, agere &  
 commeare. *Vide Haider. Polit. p. 622.* Et TRIUMVIRI MO-  
 NETALES *aris, argenti, Auriflatores* (vel ut Muretus leg. pu-  
 tat *A. A. A. F. F. Aeri, Argento, Auro, flando feriundo* scilicet  
 praefecti) sub quorum inspectione metalla nummis deservientia  
 iustâ bonitate conflarentur. Quia corruptela nummaria an-  
 nonae flagellationem & bonorum, ac pretiorum incertitudi-  
 nem concitat. Omni namque aetate sub bonis magistratibus  
 nummi verâ intrinsecâ bonitate constiterunt; ijs quippe cor-  
 ruptis vel imminutis, quae debebant esse rerum omnium iusta  
 mensura, in deceptiones & fraudes devenire & *boni sceleratis*  
*prada fieri solent.* Sed pecunia per saepe mutatur in deterius po-  
 tius quàm in melius, propter quod sequitur magna subditorum  
 consumptio & in Repub. scandalum & confusio *Ant. Faber tract.*  
*de var. num. gen. pr. §. Lind. hic. th. 167. Tholos. Synt. l. 47. c. 19. n. 11.*

LXII. Sed TRIUMVIRI CAPITALES, qui carceris cu-  
 stodiam haberent; in eumque conjiciendi potestatem nocte for-  
 tē oberrantes. Plautus: *Quid faciam, si nunc tres viri me in car-*  
*cerem compegerint.* Ut cum animadverti oporteret, inter-  
 ventu eorum fieret. §. 30. *Lind. th. 168. Eberl. p. 234. vid. supr. th.*  
*54. Tholos. Synt. l. 32. c. 10. n. 5.*

LXIII. Et quia Magistratibus vespertinis temporibus in pu-  
 blicum esse inconveniens erat, & nec tutum satis, quod fieri non  
 posset, ut multos non timerent ii, quos multi metuerent; aut non

§. XXX.

13. Quatuor viri.

14. Triumviri Monetales.

Lact. l. 7. c. 15.

15. Triumviri Capitales.

Amph. a. 1. sc. 1. v. 3.

§. XXXI.

16. Quinque viri.

E satis

CU.  
oque  
itij  
ren.  
Fa.  
US  
OR,  
bet.  
licu.  
om-  
ind.  
30.  
quod  
st  
ple-  
ant,  
in-  
Ro-  
um  
Po-  
ales  
m.  
ffe-  
tis,  
on-  
on  
nt,  
no-  
mfis  
urfs  
ati  
ob  
Ju-  
10-





satis ex ipsorum dignitate QVINQVE VIRI cis & uls Tiberim nocturno tempore *constituti sunt*, qui possent pro magistratibus fungi §. 31. Hinc quidam colligunt, sententiam noctu latam non valere. Quibus cum *Treutl. Vol. 2. d. 23. lb. 2. g. accedo.*

§. XXXII.

17. Pratores urb. & provinciales.

LXIV. Aucto deinde Imperio totidem PRÆTORES, quot provincia in ditionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Ita ut decem & octo Prætores in civitate jus dixerint. §. 33. De quorum origine & potestate vid. *Tholos. synt. l. 47. c. 30. p. 724. Don. En. l. 28. c. 7. 6.*

§. XXXIII.

18. Præfectus Urbi.

LXV. Quæ de Magistratibus hætenus dicta sunt, eatenus procedunt, quatenus in *Repub. i. e. urbe Roma, sunt magistratus.* Quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui jus dicat, is vocatur PRÆFECTUS URBI. §. 33. Ne quis absentibus superioribus magistratibus in urbe tumultus fieret, neve populus per occasionem & licentiam aliquid moliretur: officium itaque ejus præcipuum, urbem custodire, & omnia crimina audire. *Cuj. & Wes. ad tit. ff. & C. de offic. præf. urb. Matth. Steph. de juris dict. l. 1. cap. 14. n. 41. Tholos. ib. l. 47. c. 35. Coras. p. 107. Eberl. 252.*

19. Præfectus Annonæ.

LXVI. Separat nunc ICtus hic Magistratus ab his, qui extra ordinem jus dicebant *arg. l. 3. §. ult. ff. de off. procons.* PRÆFECTUM ANNONÆ, cujus proprium munus fuit ad levandam frumenti inopiam, si quando urgens instaret necessitas, annonam undique coemere & Romæ advehendam curare, ac cogere eos, qui frumentum haberent, vendere, quod proprio usui superesset. Et PRÆFECTUM VIGILUM, cui urbis excubiæ commissæ erant, ne vel incendium in ea fieret, vel delinqueretur; quos non Magistratus esse, sed extra ordinem utilitatis causa constitutos, dicit *ib. h. e.* Magistratus eos statutos, ordinarios legitimosque non esse, sed extra morem consuetum, ad tempus solummodo utilitatis causa jam tum creatos fuisse. Sed an Magistratus tamen fuerint? Nos cum *Bach. hic p. 118.* sicut eos, qui extra ordinem jus dixerunt, vix pro magistratibus habitos fuisse agnoscimus; non tamen simpliciter cum *Fabro* negamus.

20. Præfectus vigilum.

Vid. *Eberl. p. 259. & C. & Coras. p. 111. Scip. Gentil. de juris d. l. 2. c. 3. Majer de juris d. proem. lit. a. & w. & Wes. parat. de præf. vig. Don. En. lib. 17. c. 7. bb. Paurmeist. de juris d. l. 1. c. 10. n. 3. Matth.*

*Steph.*



Steph. de jurid. l. i. c. 14. n. 72. Quod verò Pompon. illos Cistiberes dictos, postea Ædiles, scto creatos fuisse asserit. Cujacius cum Bach. ib. ita explicat : Cistiberes perfunctos eo munere, creatos fuisse Ædiles, & ita Quinqueviratum cum gradum fuisse ad capessendam ædilitatem, cum v. c. præfecti annonæ & vig. perfuncti eo munere, privati manerent.

LXVII. Ergò ex his omnibus decem Tribuni plebis; Consules duo, decem & octo Prætores; quorum numerum singuli pene Imperatores variârunt; Sex Ædiles in civitate jura reddebant §. 34. Omisit nimirum Dictatores, triumviros capitales, monetales, quæstores parricidii &c. vel quia nec isti fuerunt ordinarii magistratus: vel potius, quoniam hi non certi & successione perpetui; partim etiam successu temporis abrogati, nec amplius in usu. Et in infinitum esset persequi, qui Prætores & Magistratus ab Imp. deinde vel instituti, & aboliti sint. Nobis sufficiat, magistratum ordinem ferè usque ad Imp. ex Pompon. ostendisse. Nā Imp. sic occupârunt magistratus omnes & omnia pro arbitrio fixerunt & refixerunt, ut vix ullam pristini status formam reliquerint.

### PARS III.

#### De Successione Prudentium & Ictis.

LXVIII. Hactenus de Juris & magistratum velut legis animata origine, variaque mutatione sup. §. 13. Sequitur jam tertia pars de Successione Prudentium & Jureconsultis; per quos jus in melius productum notando, disputando, interpretando; & inde dicti Juris Autores & Conditores, quia jus civile fundarunt. inf. §. 39. de quibus strictim quoq; quædã delibanda.

LXIX. Juris scientiam, inquit Pompon. plurimi & maximi Viri professi sunt: Nimirum existimantes, nihil in civitate tam diligenter retinendum, quam jus civile, quo sublato nihil cuiquam exploratum esse potest, quid suum, quid alienum sit: Sed qui eorum maxima dignationis apud populum Rom. fuerunt, eorum in presentia mentio habenda est, ut appareat, à quibus & qualibus hæc jura orta & tradita sunt §. 35. hic. Neque enim, inquit Ar- cadius, velut ignoti prætereundi sunt: qui virtutis splendore præ-

§. XXXIV.

§. XXXV.

Cic. pro Co- cin.

L. un. C. de quest & mag. offic. lib. 12.

E 2

cæteris



*Arist. l. 1. Eth.  
cap. 8.  
Lib. 3. Ann.*

exteris claruerunt. Tum ne debitis virtutum præmiis ipsi defraudentur *L. ult. C. de statu* tum etiam, ne desidia & ignavia torpescant posteri, sed magis, ut eorum exemplo ad præclara excitentur facinora. Nihil enim est, quod perinde nos accendat, quam videre nostræ conditionis homines, post exantlatos labores & perpeffas impatibiles ærumnas ad sublimem aliquem honoris gradum ferri. Sed an Iuris præ Medicis talis concedendus? Ego isti Philosophorum Coryphæi sententiæ: *Post iustitiam nihil bonæ valetudine melius esse, nihil optabilius, subscribendum* puto. Per juris enim peritiam principem in civitate locum acquiri tradit. *Facitus*. Et Nobilem per jurisperitiam nobiliorem reddi *spartianus in Did. Juliano* auctor est. Hinc *Plato* Jurisprudentiam Regiam dicebat, quod ad Reges & principes pertineret. *Coras. p. 122. Eberl. p. 266. Bullæus disp. 1. Inst. addit. 4. Heidf. Sphing. Philos. c. 34. Heig part. 2. q. 26. n. 8. Crüg. disp. pol. 5. tb. 50.*

*Cic. in Orat.*

LXX. Et quidem ex omnibus, qui scientiam nacti sunt, ante TIBERIUM CORUNCANIUM publicè professum neminem traditur, careri autem ad hunc vel in latenti jus civile retinere cogitabant, (quod si eâ intentione factum, ne commentationibus crudis defædaretur, laudandum; sin verò ex invidia, culpandum. Quia *rejicienda sapientia uni soli inclusa*) solamq; consultoribus vacabant potius, quàm discere volentibus se præstabant. *ib. & inf. §. 38.* Unde adolescentēs discendi cupidi, applicabant se alicubi magno & excellenti viro, cū quo in forū ibant, & domū redibant, & respondentē astabant, ac omnia ejo dicta considerabant, scriptaq; notabant, & ita exemplis & observatione jus dicebant. Ex quo colligitur jurisprudentiæ summā non consistere in theoreticis umbratilibusq; dissertationibus, sed usu & exercitatione practicā consummari. Ut enim theoria absque praxi sterilis, ita praxis sine theoria inutilis. Unde per Theoriam videre, per practicam sentire & gustare dicimur. Ita *Labeo* operas suas dividebat, & sex menses consultationibus, sex reliquos auditoribus vacabat. *Lind. hic tb. 180. Forst. hist. Rom. l. 2. c. 9. & supr. §. 23.*

LXXI. Fuit autem imprimis peritus, PUB. PAPIRIUS, qui leges §. XXXVI. Regias in unum contulit, ob idque jus civile *Papirianum* appellatum *sup. in pr.* Ab hoc *Appius Claudius*, cujus maximum

con-



58  
consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. Post hunc APPRI-  
US CLAUDIUS ejusdem generis Centemmanus sive cacus appella-  
tus (ergo caci iudicijs præficiendi? ita videtur *Wes. par. de judic.*  
*n. 10. Heideropolit. p. 44. Passerat. & Puteano orat. de cecit. p.*  
*433.*) qui scripsit actiones, & R. litteram invenit, (id est usum  
ampliorem istius literæ introduxit, ut vult *Bach. hic p. 119.*) *Först.*  
*ibid. l. 2. c. 2. & 3. 5. Trentl. vol. 1. d. 12. lb. 7. c.*

LXXII. Fuit post eos maximæ scientiæ SEMPRONIUS  
quem populus Rom. σοφόν, i. e. Sapiensem appellavit. Idq; à Sa-  
pientia, quâ pollebat in respondendo. §. 37. Nam Sapiens est,  
consilium suum explicare de rebus maximis. Nec quisquam an-  
te hunc, aut post hunc, hoc nomine cognominatus est §. 37.  
*Först. ib. c. 7.* Quin & apud Græcos hoc nomen ambitiosum ni-  
mis visum fuit. Ideò post septem Sapientes, viri etiam doctis.  
non Sophi, id est, Sapiens, sed Philosophi, id est, sapientiæ ama-  
toris titulum usurparunt. *Eberl. p. 280.*

LXXIII. Sequitur nunc in hoc §. SCIPIONASICA, qui  
optimus à Senatu appellatus est: deinde & Corculum. Etenim  
veteres hominem solertem, acutum & sapientiâ præstantem,  
Corculum dixerunt. *Corasius hic p. 118.* quamvis *Eberl. p. 281.* no-  
men illud ad filium ejus transfert. Cui etiam publicè domus  
data est, quò facilius consuli posset. Nam Jcti domus, ut *M. Cic. in Tusc.*  
*quest.* Cicero ait, totius est oraculum civitatis. *ib.* Deinde Q. MUTIUS  
(Coras Fabius) qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent  
duæ tessaræ posite, una pacis, altera bellis: arbitrio sibi dato, utram  
vellet, referret Romam: utramq; sustulit, & ait, Carthaginienses  
petere debere, utram mallet accipere. Ita Consilia festinata in-  
terdum præferenda tardis. Sunt enim quædam magna cum ve-  
locitate decernenda; & rursus sunt quædam eunctanter, &  
sensim perficienda, in quorum aliter utro si pecces, totam Rem-  
pub. labefactabis. In omni itaque re ardua, rapienda non  
quærenda consilia; nec verbis aut sententiis diu concertan-  
dum, ubi res perurgent, & occasiones præcipiti prorsus cursu  
fluunt. *Lenc. observ. 61. And. Rey. disc. de consilio 7. Taubm. in*  
*Plaut. Epid. act. 3. sc. 3. v. 3. c. Chokier Pol. l. 3. c. 20.*

LXXIV. Hucusque nemo Jctorum Jus civile docuit:  
Sed in latenti illud retinere, Consultoribusque potius, quàm

E 3

discere

§. XXXVII.  
Cic. 2 de orat.

Cic. in Tusc.  
quest.

§. XXXVIII.





discere volentibus se præstare maluerunt. Post hos igitur fuit T. CORUNCANIUS, qui primus profiteri cepit: *cujus tamen scriptum nullum extat.* Deinde SEXTUS ÆLIUS, & frater ejus PUBLIUS ÆLIUS & PUBLIUS ATTILIUS, qui primus à populo *Sapiens* appellatus est, maximam scientiam in profitendo habuerunt. §. 38. Hos sectatus ad aliquid deinde est MARCUS CATO *Princeps Porciae familiae.* *ib.* De quo memoratur, quod dicere solitus sit, se trium semper pœnituisse: 1. quod mulieri arcanum revelasset. 2. quod mari iter pedestre conficisset: 3. quod diem sine linea duxisset. Itidem huic quoque tribuuntur nobilia hæc axiomata: *Litterarum radices amaras esse, fructus verò dulces. Leges civitatum nervos esse: Adversas res domare & docere quid opus sit factò: secundas res latitiâ transversum rapere, à vero consulendo & intelligendo.* *Bach. & Lindem. bñc. ib. 188. Först. ib. c. 14. & 19. Eberl. p. 289.*

§. XXXIX. LXXV. Post hos fuerunt PUBLIUS MUTIUS & BRUTUS, & MANILIUS: *qui fundaverunt jus civile* §. 39. & scriptis complexi sunt fori disputationes, quæ peculiari nomine dicuntur jus civile §. 5. *supr.* & inde sunt libri responso-  
rum, ambiguitatum, sententiarum, tribunalium. *Ram. bñc. p. 216. Först. ib. c. 21. Eberl. p. 304. Cor. p. 126.*

§. XL. LXXVI. Ab his profecti sunt PUBLIUS RUTILIUS RUFUS de quo refert Val. Max. l. 6. Quod cum amici cujusdam iniquæ petitioni resisteret, isq; per summam indignationem dixisset, quid ergò opus est mihi amicitia tuâ, si, quæ rogo, non facis? Respondit; imò quid mihi tuâ, si propter te aliquid inhonestè sim acturus. VERGINIUS TUBERO ille Stoicus. SEXTUS POMPEIUS; CÆLIUS ANTIPATER; *qui plus eloquentiæ, quàm scientiæ juris operam dedit:* & LUCIUS CRASSUS. *Forst. ib. c. 27. & 31. Eberl. p. 317.*

§. XL. LXXVII. Post hos QUINTUS MUTIUS *Publii filius Pontifex Max. jus civile primus constituit, i. e. ita delineavit, ut honorem hunc meruisse dici queat. Cujus auditores fuerunt complures; sed præcipua auctoritatis AQUILIUS GALLUS; Qui adeò justus fuit, ut naturâ non disciplinâ Jctus videretur, ita peritus ac prudens, ut ex jure civ. non scientiam solum quæsitam sed & bonitatem singu-*

*larem*



29  
larum ei innatam esse appareret. Cic. A quo est Lex Aquilia & stipulatio Aquiliana. BALBUS, LUCILIUS, SEXTUS PAPIRIUS, GAJUS JUVENTIUS. Omnes tamen hi à Servio Sulpitio nominantur, alioquin per se eorum scripta non exstant, nec versantur inter manus hominum. Sed Servius libros suos complevit, pro cuius scriptura ipso- rum quoque memoria habetur. Quia ingenuum est fateri per quos profeceris; è diverso animi infelicisque ingenii signum aestimatur, deprehendi in furto malle quàm mutuum reddere. Capiant ergo ab hoc exemplum gratitudinis erga præceptores suos plagia- rii isti, qui aliorum scripta compilant, & pro suis venditant, imò ipsorum sæpe famam malo carmine lædunt, & in præcesso- res suos genuinum infigunt dentem. Eberl. p. 321. Coras. p. 137.

LXXVII. Prædicti itaque quatuor ICti hoc nomine immor- tales redditi sunt, quod SERVIUM SULPITIUM Discipulum ha- buerint. Quem Cicero diversis in locis velut veri & perfecti po- litici imaginem depingit. Studium verò virtutis ex eo vel maxi- mæ apparuit, quod Q. Mutii Scævola admonitionem; Turpe esse, Patrio ac nobili & causas oranti jus in quo versaretur ignorare; ægrè non tulit, sed ea velut contumelia tactus operam dedit ju- ri civili: & plurimum eos de quibus locuti sumus, audit §. 43. tandemque omnes antecessores suos eruditione vicit. Hinc obser- vare licet, neminè posse, quamlibet disertum, juris scientiam nullo magistro percipere. Quod & luculenter Cicero indicat: Sin tibi, inquit, quadam obscuriora videntur, cogitare debes, nullam artem sine literis, sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longè abieris, num jus civile vestrum ex libris cognosci potest: qui quanquam plurimi sunt, Doctorem tamen lumenque desiderant. Nam multum difficultatis res divinæ & humanæ habent. Non cogitate (inquit Melanchthon) vos omnia scire; sicut quidam dixit juvenis Concionator; se judicare illum Theologum non esse, magnificandum, qui interroget alios: Das mag wol ein rechter weislicher seyn. Est et in Ecclesiastico: Vade ad da- mum senioris & limen ejus sit attritum tuis pedibus: id est, au- dias alios, discas. Ομιλία ἐταυε τεχνας. Conversatio siue col- latio peperit artes. Falluntur itaque, qui proprio Marte omnia

Plinius præf. ad Vesp.

§. XLIII.

Q.

Ad Trebat.

l. 7.

Postill. part.

3. p. 681.



Hieron.

Cic. Phil. 8.

Sen. 1. de  
Clem.

Ib. de ira 1.

August. ad  
Afric. proc.

Cypr. de util.  
pœnit.

August.

Cic. 3. Phil.

L. 1. Serm.  
Sat. 3.

S. XLIV.

2.

se consequi posse putant. Adeo ut quidam Dd. talibus, publicas  
lectiones, Disputationes aliaque exercitia publica non frequen-  
tantibus, privilegia Scholaribus ab Impp. tributa, deneganda  
esse censeant. Non enim Hierosolymis fuisse, sed Hierosol. bene  
vixisse, laudandum esse: Non autem sat bene, Academico scil.  
more, vivere, qui publica exercitia negligunt. Quod tamen alii  
non ita simpliciter admittendum, aut statim ad illud ure seca de-  
scendendū, tutioremq; alteram viam docendi & ducendi, esse ju-  
dicant. Et rectè! *Ingenia e. nostra ut nobiles & generosi equi melius  
facili freno reguntur. Et errantem per agros ignorantia via, melius  
est ad rectum iter admoveere, quam expellere.* In fidibus si quid dis-  
crepat, non abrumpis statim, sed paulatim reducis ad concen-  
tum: In disciplina scholasticâ cur nō idem fiat? Et peccata sic com-  
pescis, ut sint quos peccasse pœniteat? Sin verò omninò non stu-  
deant, solus nominis prætextus eos non facit frui privilegijs.  
arg. l. 9. C. de SS. Eccles. Nicas. ad rubr. proem. inf. Aut si pror-  
sus recalcitrosi: *Puniantur à te, ne tu pro illis puniaris.* Maximè  
si turbent aut exemplo noceant: *Melius enim est, ut pereat unus,  
quam ut pereat unitas. Et ut membrorum potius aliquod, quam to-  
tum corpus intereat.* Steph. de jurisd. l. 3. part. 2. c. 5. Hun. Auth.  
bab. c. 1. q. 2. Wegner. ad proem. inf. tb. 7. g.

LXXIX. Ab hoc plurimi profecerunt; ferè tamen hi libros  
conscripserunt: Alfenus Varus, Gajus Aulus Ofilius, Ti-  
tus Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flavius  
Priscus, Gajus, Attejus, Pacuvius, Labeo Antistius,  
Labeonis Antistii pater, Cinna, Publicius, Gellius. Ex his  
Alfenus Varus Cremonæ oriundus, sutrinam adolescens diu ex-  
ercuit: tandem tamen, ut Horatius festivè testatur, relicta satri-  
nâ Romam profectus est. *Ut Alfenus Vaser omni Abjecto  
instrumento artis clausaq; taberna Sutor erat sapiens operis.*  
Ubi à Servio Sulpitio instructus, tantâ jurs civilis cognitione  
claruit, ut ad Consulatum evectus, & mortuus publico funere co-  
honestatus fuerit. Ita virtuti & diligentæ nulla via invia esse so-  
let. Et sapienter Politicorum suadet Schola, non tantum ex  
Nobilibus sumendos esse, qui ad Reipubl. clavum sedeant. Nam  
optima



optima est Respub. & felicissima, inquit Plutarchus, in qua Magistratus omnia sua refert ad salutem Reipub. nec aspernatur quenquam, qui Reipub. prodesse possit. Etenim nihil denegare debet, nihil clausum esse eruditioni eximia, prudentia ac virtuti. Nec requirendum, è quibus sit is cui dignitas datur, sed quis. E plebe non sunt facti nobiles? Imperatores & reges quot fuere artificum opilionumque filii? Et alibi Mendicus utinam sit mihi, vel sibi libet Mendicum & infra, qui mihi volens bene Timore posito possit ex animo loqui. Itaque videat Princeps, quinam in suo regno sint dignissimi & aptissimi, eosque ad consilia danda adsciscat. Rey. de consil. q. 6. Alb. pol. c. 21. Marian. l. 3. c. 15. de regis instit. Eberl. p. 138. Cor. p. 138. Ram. p. 218. Rev. atq; Integerrimus Vir Dn. D. Jacob. Martini in Polit. p. 824.

LXXX. Fuit eodem tempore & TREBATIUS & AULUS CASCELIUS & Q. MUTIUS; ex his Trebatius peritior Cascelio: Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, O filius utroque doctior. Trebatius fuit quaestorius; nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consula offerret tum. O insignem hominis virtutem & constantiam, nullis oblitterandam seculis: quae fastuosos magistratum titulos ultrò etiam delatos & oblatos contempsit, respuit, & recusavit: Quippe qui optimè sciret, nihil esse durabilius, quam quod nec excessu superbiret, nec defectu infordesceret. Ille enim beatus est, qui cupiditati terminos ponit. Qui verò nimios optat honores, & nimias poscit opes, is sibi excelsa turris tabulatum erigit, ut altius cadat, majoremque det ruinam quam opinionera. Inter tot enim obsequia fortunæ, non latis cauta est mortalitas. Imò ut nemo te evertat, cades spontè, quia Nihil rerum mortalium tam instabile & fluxum est, quam potentia non suâ vi nixa. Quare Auream quisquis mediocritatem diligit, tutus caret obsoleti sordibus tecti, caret invidenda sobrius aula. Lips. pol. l. 3. c. ult. Heider. pol. c. 6. p. 712. Eberl. p. 346. Coras. p. 143. Lind. tb. 207.

LXXXI. Post hos quoque TUBERO fuit, qui transit à causis agendis ad jus civile; maxime postquam Q. Ligarium accusavit, nec obtinuit. Doctissimus quidem habitus est juris publici, & privati: Sed quia sermone antiquo usus affectavit scribere, libri

§. XLV.

Sylv. ep. 42.

Curt. lib. 8.

Tac. 13. ann.

Horat. l. 2.

Carm. Od. 10

§. XCV.

F. ejus





ejus partu grati fuerunt §. 46. Hic paulisper mecum siste gradum & hæc tria in vita Tuberonis notabilia mecum perlustra. *Primo* quod studia coacta & naturæ cōtraria felices haud sortiantur successus. Quare *Philostratus* *Ælianum Sôphistam* laudat, quod, cum declamationibus se minus aptum esse animadverteret, ad scribendum animum applicârit: *Studium* namque *homo quod assequi nequit, sequi meritò desinit.* Et *Seneca* monet eò inclinandum esse, quo vis ingenij fert. Quibus consentit *Jo. Mercerus* in *Conciliatore* ad *Jacobum* filium hisce verbis: *Primum omnium, inquit, hujus reite monitum volo, non hanc mihi esse mentem, ut posthabitis aliis, cogam te ad Juris scientiam animum appellere.* Novi pridem stultas & inanes illas *Parentum* cogitationes, qui filiis dum vivunt, nescio quæ regna asserentes, aliis aliam vitæ rationem præscribunt, quam sequantur: & ad vota properantes, pueris artes induunt adhuc nascentibus: hi cum adoleverint, sui juris facti, deficiunt, & non sine temporis jactura maxima, eò feruntur omni contentione, quò ingenii igniculi propendent magis. &c. *Secundò;* Quod transitus ad naturale studium tum demum maximè laudandus, quando inclinatio ad vitæ genus nobilius, vel æquè nobile tendit: ita *Tubero* non minus feliciter in accusatione *Ligarii* succubuit, quàm *Zeno* naufragavit. Ut e, huic naufragium occasionem ad philosophandum; ita illi succumbentia causæ ad jus civile excellendum præbuit. Ideò laudatur meritò *Tubero*, quod forenses rethnas fastidians, ad jus civile & professionis munus velut ad sacram anchoram confugerit; idemq; de *Odofredo* legitur. *Professores* namque *veri* sunt *Philosophi*, qui *suis stipendiis contenti, divitias luxuriosas contemnunt.* Dona non captant, odia non metuunt, favores non curant, placidamq; vitam transigunt. Et certè tanta est juris civilis amplitudo, ut ejus explicatio integrum hominem requirat, & qui ei rectè præesse contendit, praxi vix vacare queat. Non immeritò itaque ex fori latratibus *Tubero* ad *Academicos* concessit congressus. *Tertiò;* Quod *antiqui sermonis affectatio* omni ævo fuerit ingrata; laudabile contra recepto & dilucido sermone uti.

Eo

I.  
de tranq.

II.

l. 8. §. 4. ff.  
de vacat. &  
exc. mun.

III.



91.  
 Eo e. fine inventus est sermo, ut mentis sensa exprimat, & pandat, non ut involvat. Ridiculum profectò (inquit Taubm. *disf. de L. L. p. 40.*) & odiosum genus hominum! Aut intelligi volunt, quæ scribunt, aut nolunt: si nolunt: cur, aut cui tandem ea scribunt? Simples oviculæ! idem abundè consequerentur si tacerent. Sed ANTIQUITATEM sibi placere ajunt; quod sobria & gravis & veneranda sit. Ingeniosum quidem, & ad veritatis indagacionem directum antiquitatis studium minimè culpandum esse cum Cl. Lind. *th. 208.* statuo; immò cum altero ejusdem ordinis affirmo: *Verborum & Rerum significationes facilius à Scorum oraculis, quàm ab ipsis Grammaticis peti posse.* Interim tamen, *Vivere moribus præteritis, Loqui verbis præsentibus,* omnes cum Favorino jubeo. De antiquariis hisce & Cacozelis vid. *Coras p. 147. n. 13. Muscul. de success. anom. p. 7. Taubm. disf. p. 6. Forst. de juris interpr. l. 1. c. 2. Mercer. concil. ll. p. 691.*

LXXXII. Ecce quibus gradibus Prudentum successio incedit. Nam primi temporis prudentes præbebant se consulentibus §. 35. Proximi his professi sunt jus civile publicè. §. 38. Tertius ordo est eorum, qui fori disputationes fundaverunt, & libris editis expoliverunt. §. 39. Quarto loco successerunt, qui jus omne in partes, ut Cic. loquitur, in genera & species, & in ordinem redegerunt. §. 41. Quinta classis in diversas sectas abiit, & eorum primi fuere, ATTEIUS CAPITO, qui in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat. Et ANTISTIUS LABEO ingenii qualitate, & fiducia doctrina, qui & cæteris operis sapientia operam dederat, plurima innovare instituit. qui duo decora Pacis ingenio & genio ad eò contrarii fuerunt, ut exemplar duorum consultò & ex proposito dissidentium esse possint. Capito obsequiosus (quod dominantibus magis probatur. Nam medii ingenii administri magis congrui, quàm nimis alti. *Lips. pol. l. 3. c. 4. §. 10.*) fuit, & ideò Cæsari assentans; (Regum tamen opes sæpius assentatio, quàm hostis evertit;) ad Consulatum evehctus est; Ita quantò quis apud Principem obsequio promptior, honoribus & opibus extolleretur; Adeò ut ingratiàm Cæsaris statuerit: Ipsum posse ex plenitudine potestatis verbum parum apud Latinos

§. XLVII.

2.  
 Tac. 3. Ann.

Curt. l. 8.

Tac. 1. Ann.





Q.  
Dom. 4. Adv.  
pag. 121

receptum in civitatem referre. Quod audiens Pompon. Grammaticus conversus ad Imper. dixit; Mentitur! Tu enim Caesar civitatem Romanam dare potes hominibus, verba & latina lingua usum non potes. Ergo Imperator non est solutus legibus Grammaticis? Negat Grammaticus: Afferunt Ictus & Imp. Sigismundus; qui in Concilio Constantiensi, (referente Melancthone) cum esset eligendus novus Papa, dixerat ad Cardinales: Nos non volumus amplius pati Schismam. Ob quod irrisus à Cardinali Placentino, quod contra Grammaticam peccaret, respondit: Non places mihi Placentine, quia Imperatorem oportet esse intantum in res non in Grammaticam: Et cum sit solutus legibus Politicis, non debet servire praeceptis Grammaticis. Vos verbales & reales de hâc controversia in suffragia ite.

acton. in.  
Aug

Q.  
Plut. apoph.  
Tac. 3. byst.  
Capit. in  
Gord.

LXXXIII. Econtra LABEO homo liberrimi oris & iudicii veritatem gratiæ prætulit, & cum offerretur ei ab Augusto Consulatus noluit accipere. Nec ex ijs, quæ ab illo tunc Principe gerebantur, ratum quicquam habuit; nisi quod justum sanctumque ex Romanis præsertim antiquitatibus cognovisset. Unde & in gratiam Octavii, vecors, imò insanus dictus est. Unicum ex omnibus sufficiat. Cum Augustus super electione Triumviri, Senatus legendi causa, Patres convocasset, Labeo M. Lepidum Cæsaris inimicum tunc exulantem elegit; interrogatus ab Augusto; num alii digniores legi possent? Constante respondit: Suum cuique esse iudicium. Utriusque tamen ingenium, si æqua & justa moderatio accedat, laudandum. Obsequium enim sine assentatione modestum; iudicium liberum sine pertinacia honestum. Et salus illius certè desperata est, qui Libertatem non admittit, sed amat Aulæ verba illa bysina. Cujus aures ita formate sunt, ut aspera quæ utilia, & nihil nisi jucundum & lesurum accipiant. Miser est Imperator, apud quem vera reticentur. Præceptorum insuper tradita sectari & defendere laudabile, semper fuit habitum; arg. l. 39. ff. de hered. petit. utpote cum isti, ex mente Senecæ, Deorum ad instar sint honorandi: at tamen si error eorundem detegatur, nec illas à veritate & iustitia excusari possit, ab ijs intrepidè recedere & veritatis majorem, quam

auto-



autoritatis rationem habere decet. Ideo reprobanda est eorum opinio, qui Glossis, & communibus opinionibus firmiter inhærendum; imò Judicem contra communem judicantem litem suam facere arbitrantur. Cùm sæpenumero deterioris u-  
nius assertio peritiores alios veritatis sententia possit superare. Alia C. 1. §. sed neg  
mens Labeoni fuit, qui solis auctoritatibus haud contentus ra- e. de vet. jur.  
tiones indagavit; & leges ut Dominas ancillis prætulit; nec alie- enucl.  
nis oculis vidit. Scivit. e. mentem rationibus agitandis & exqui Cic. in Tusc.  
rendis agitari, & eâ oblectatione velut suaviss. pastu foveri: Hu-  
manus namque sensus nisi subinde novo sarciatur invento, citò atte-  
nuatur de proprio, teste Cassiod. vid. Lind. th. 214. Cor. p. 151. p. Cu-  
bach. dec. 7. q. 1. Hun. de autor. jur. p. 224. Lips. pol. l. 3. c. 8. & ib.  
Cl. Bernegger in not. nondum editis. Parthen. litig. l. 1. c. 10. n. 19.

LXXXIV. Et licet in aliis rebus nova moliri non sit sine periculo; tamen Scientia ipsa Exercitio cum sumat cotidie incrementum, plurimum studiis operam dedit: & totum annum ita diviserat: ut Roma sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. & 47. Rectè namq; Seneca docet, dandam esse animis remissionem, quia acriores multò & meliores animi requieti surgunt. Unde & ab Ictis dies festos institutos dicit: ut ad hilaritatem homines publicè veluti invitarentur. arg. §. 4. Const. de rat. & meth. jur. Doc. Etenim: Nec durare potest, qui semper tenditur arcus. Et quemadmodum fertiles agros exhaurit non intermissa fecunditas: ita corpus & animum assiduus immodicusque labor frangit. Nam Ovid. ep. 4.  
Quod caret alterna requie durabile non est: Hac reparat vires, fessaque membra levat. vid. Coras. p. 150. n. 10. Lind. th. 214. Eberl. pag. 353.

XXXV. Prædicti itaque duo Icti singulari æmulatione sectas animo conceptas solertissimè propagârunt; suosq; habuerunt sectatores, qui hîc à Pomponio referuntur. Et quidem Capito Massurium SABINUM successorem nactus est: Cui concessum fuit à Tiberio ut populo responderet; qui & in Equestrem ordinem jam grandis natu, & fere annorum quinquaginta receptus est. Huic nec ample facultates fuêrunt, sed plurimum à suis auditoribus sustentatus est. ib. §. 47. vers. ergo. Ergò in hoc Icto Lex Roscia (quæ  
F 3 omni-



omnibus infra XL. sestertium h. e. X. aureorum millia constitu-  
tis, gradum ad Equestrem dignitatem præcludebat ) à Principe  
ob scientiam omnibus divitiis prævalentem non fuit observata?  
Maximè! Ob paupertatem solam namque aditus ad honores &  
officia publica minimè præcludendus. (Ergo Imperatori quoque  
vi potestatis supremæ permissum gratiam facere novo homini,  
ut ludis equestribus interesse possit? Ita puto cum Pruckm. & Ste-  
pha. infr. b. tb.) Et licet Justinianus asserat, *Leges in paupertate  
neminem vivere sinere;* tamen viros sapè doctissimos, tam Ictos  
quàm Philosophos, iniquitate fortunæ paupertate gravi pressos,  
vel etiam contemptu divitiarum, indigentissimos vixisse legi-  
mus: ut mirum non sit, Simonidem illud in pendentem reliquisse,  
qui interrogatus: *Ultra res esset optabilior, divitiæ an Sapiencia?*  
Dubito, inquit, ut qui videam sapientes frequentare divitum  
fores. Die Kunst muß gemeiniglich nach Brodt gehen. Elector ta-  
men Mogunt. in Elect. Rudolphi I. *Sapientiam divitiis & potentia  
præferendam esse* statuit. & quidnâ? ) Frequentavit, & noster, ita  
ut plurimum à suis auditoribus fuerit sustentatus. Singularis certè  
gratitudo, quam omnes debent sequi. Præceptores enim in eâ-  
dem cum Parentibus classe collocantur; imò illis majorem asse-  
runt quàm his deberi gratiam: cum his quod vivimus; istis quod  
benè vivimus acceptum ferendum. An autem discipuli inopi  
Præceptori alimenta suggerere teneantur? *Æquitati cum Bo-  
cero Orat. de privil. Dd. p. 33.* consentaneum esse judico. Huic  
Sabino successit GAIUS CASSIUS LONGINUS: Cassio CÆLIUS SA-  
BINUS: huic PRISCUS JAVOLENUS. Cui ABURNUS VALENS & TU-  
SCIANUS, item SALVIUS JULIANUS successerunt, vid. *Pacius Isag.  
b. 1. Haider. pol. p. 368. Casus pol. l. 3. c. 3. Lind. tb. 217. Cor. p. 157.  
Reinck. de reg. l. 2. cl. 2. c. 12. n. 17. Calefatus de Equest. dign. p. 576.  
Jac. Martini polit. p. 831. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 2. memb.  
2. n. 75. p. 50. Carpzov. De capitul. Caf. cap. 1. n. 4.*

LXXXVI. Labeonis partes NERVA PATER secutus adhuc eas  
disseniones auxit. Hic etiam Nerva Cesari familiarissimus fuit. S.  
Adi. ad Estb. 47. Nam quidam naturâ ita pugnaces, præsertim gratia & auto-  
verf. 2. ritate superiorum sufflaminati, sunt: ut Tantum sententiis aliorum  
Tac. 1. hist. contradicant. Et consilii, quamvis egregii, quod non ipsi. asserunt, ini-  
mici



03.  
nici. Sive quod omnes sapere velint ex suo ore: Sive quod, si quid  
auctoritatis in ipsis est, crebris contradictionibus destruant aliorum  
sententias. Nervæ successit PROCULUS, Nervæ filius, & alius Lon-  
ginus. Sed Proculi auctoritas major fuit; nam etiam plurimum po-  
ruit, appellatiq; sunt partim Cassiani partim Proculeani: qua ori-  
go à Capitone & Labeone coeperat. Proculo Pegasus; huic Celsus  
pater & Celsus filius, & Priscus Neratius. §. 47. vers. Nerv.

LXXXVII. Et ut obiter sciamus, ante tempora Augusti publicè  
respondendi jus non à Principibus dabatur: sed qui fiduciam studi-  
orum suorum habebant, consulentibus respondebant, neq; responsa  
utiq; signata dabant: sed plerunq; iudicibus ipsi scribebant aut testa-  
bantur, qui illos consulebant. Primus D. Augustus ut major juris au-  
toritas haberetur, constituit, ut ex Auctoritate ejus responderent, &  
ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit. ib. §. 47. Quod postea  
Tiber. Imp. secutus est, ac primus beneficii loco, respondendi interpre-  
tandiq; Jura facultatem SABINO concessit. Atque hinc Dd. argu-  
unt Collationem dignitatis Doctoralis ab Augusto primum  
cepisse: & hodie exinde Regalibus majoribus eam merito ac-  
censeri debere. Unde nec ea cupiam, nisi speciatim ea potestas  
à culmine Imperiali concessa sit, competit. Cum enim Princeps  
non posset singulis civitatibus interesse, hanc probandi Jurispe-  
ritos potestatem amplius. Decurionum ordini commisit, ut quo-  
rum, aut Professorum ejus civitatis non minus septem, decreto ido-  
neus quis judicatus esset, hoc haberet prerogativa & auctori-  
tis. l. 2. 7. & 10. C. de profess. lib. 10. t. 52. Quid si tres idoneum,  
quatuor non idoneum dixerint? Num tres illi affirmantes ne-  
gantibus potiores habendi? Negat. cum Gothof. in marg. ib. ar-  
ridet. Wurmb. O. 2. c. 14. Eberl. p. 459. Bocer. orat. de privil. DD.  
p. 5. vid. Sixtinus de Regal. l. 1. c. 2. n. 27.

LXXXVIII. Verum cum Princeps commendatione Auli-  
corum ad sub & obreptitias preces potestatem talem non satis  
exercitatis sæpè concederet, & iudices auctoritatis publicæ præ-  
textu seducerentur. Ideo optimus Princeps Hadrianus, cum ab eo  
viri Prætorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis, hoc non  
peti, sed præstari solere: & ideò si quis fiduciam sui haberet, delecta-  
ri se, populo ad respondendum se præparet. ib. §. 47. id est, potesta-  
tem

ib.

Lucret.

Tac. 14. ann.

Q.

Q.





tem respondendi non tantum precibus impetrari, sed facto ipso & specimine eruditionis publico promereri decere. Ex quo tempore tantæ auctoritatis responsa Prudentum esse cœperunt, ut eorum placita legum instar haberentur, & judiciâ responsis eorum recedere non liceret. 10. *J. de jur. n. g. & civ. & ib. DD. l. un. C. Theod. de resp. prud. Eberl. p. 371. Cor. p. 151. Cujac. 8. O. 12.*

LXXXIX. Unde & nonnulli *Bullatos Doctores* non gaudere jisdem cum aliis Doctoribus privilegiis affirmare haut verentur. Interim tamen Dd. bullâ Imperatoris examine prævio ornatos nos minimè auctorandos esse, cum *Cl. Lindemanno hic tb. 220.* censemus; adè ut etiam ad professiones aspirare possint. *Foman disp. de privil. Scholar. tb. 5. vid. Steph. de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 6. m. 3. n. 74. D. Arum disc. 1. ad A. B. tb. 5. Bornit. in tract. de fund. Reip. stat. c. 20. D. ß. Partb. Litig. p. 110. Coler. de process. exec. part. 2. c. 3. n. 135.*

XC. Ab hisce & aliis *ICtis* (quorum catalogum apud *Fôrst. hist. Rom. LABITTUM & EBERLINUM de O. J. videre licet*) jus conditum & conscriptum; inprimis verò *EDICTUM* perpetuum à *SALVIO JULIANO* concinnatum, in judiciis usurpatum, & exinde jus redditum est.

XCI. Tandem pervento Romano Imperio ad Monarchiam, *Constitutiones Rescriptaq; Principum accessere.* LEGE enim REGIA summa potestas, quam sibi populus ab ejectis Regibus usurpaverat, in Augustû translata est, ut is quidem ipse nullâ legis necessitate teneretur, omniq; jure scripto solutus esset; Ei verò parerent omnes. His itaque initiis *jus civile* ad tantam deniq; excrevit molè, ut sua magnitudine laborare inciperet, vixq; se sustinere posset. Nam constabat lege *12. tabb. plebiscitis, SCtis, Pratorum edictis, Prudentum responsis, Constitutionib; & rescriptis Principû,* interdum corruptorum. Quæ omnia cum vix possibile, nec homini datum esset perlegere, tantum aberât plene exacteque cognoscere: Imp. *JUSTINIANUS* huic malo mederi, & que necessariò corrigenda multis retro Principibus visa, in presenti rebus donare communibus, satagens, celeberrimis ex Constantinopolitana & Berithensi Academia convocatis Doctoribus & Antecessoribus jus longè lateq; dispersum collegit, & in opus *Institutionum, Digestorum, Codicis & Novellarum* digessit, de cujus auctoritate & dextrâ interpretatione, uti & de Constitutionibus Corpori Juris præmissis, ne dissertatio hæc nostra in immensum excreseat, cum DEO in exercitatione sequenti. Interim cum magno

*Ecclesiæ Doctore: Non pigebit me, sicubi basito, querere; non pudebit sicubi erro, discere.*

SOLI DEO GLORIA.



Wittenberg, Diss., 1634-39

ULB Halle 3  
005 151 511




TA → OL


VDA 7











B.I.G.

Farbkarte #13

CUM DEO  
EXERCITATIO  
Historico- Politico- Juridica  
Ex Enchirid. Pompon. in l. 2. ff.

*Handwritten:* No. 111  
Hist. Jur. Rom. 980  
17. 11. 17.

*Handwritten:* 11

De  
**ORIGINE JU-  
RIS ET OMNIUM MAGI-  
STRATUUM ET SUCCESSIONE  
PRUDENTIUM DESCRIPTA,**

*Handwritten:* 1635

&  
*Pro Loco in Amplissimo collegio Juratorum  
obtinendo proposita*

*Handwritten:* 10

à  
**CHRISTIANO TAUBMANO J.U.D.**  
& Profels. Publ.

*Respondente*  
**LAURENTIO CHRISTOPH. SOMNITZ,**  
Nob. Pomer.

*In Auditorio Collegii majoris horis antemeridianis  
Ad diem Febr.*

—————  
**WITTEBERGÆ,**  
Typis AMBROSII ROTH, Acad. Typogr.  
**ANNO M D CXXXV.**

*Handwritten:* 21

*Handwritten:* 6

